

## §. I.

Indicatur institutum concinnandi vitam Ludolfi.



Ludolfi vitam et res gestas ex vltima antiquitate protrahere et pro virili illustrare, animus mihi est. Vt ita faciam, adducor veneratione piissima in Ludolfi posteros per imperia et regna quaquaversum Dominos. Augustissimae conjuges Imperatorum JOSEPHI et CAROLI SEXTI, cuius sceptrum nunc exoptatissima pace omnia refovet, ac regis Borussiae FRIDERICI WILHELMI ad Ludolfum genus suum referunt. Petri II. Russorum Monarchae mater ex vltima Ludolfi stirpe sanguinem duxit. Si posteritatem masculam per geminam Principem Richsam et Gertrudin propagatam submissa mentis devotissimae veneratione intueor, oculos animumque praestringit fulgor Regis Britanniae Magnae, Franciae et Hiberniae GEORGII II. Monarchae potentissimi, defensoris fidei et rerum optimarum tutoris firmissimi: fulgor AVGVSTI WILHELMI Serenissimi Ducis Brunsvicensium ac Luneburgensium, fratrisque Serenissimi, qui invictissimi Imperatoris est focer venerabilis, et Ducum Serenissimorum de BEVERN patruelium: fulgor Reverendissimae ac Serenissimae Abbatissae Gandersheimensis ELISABETAE ERNESTINAE ANTONIAE, Ducis Saxoniae, Dominae meae Clementissimae, quae ex Sorore AVGVSTI WILHELMI, patris patriae Serenissimi, genita omni gloriae, pietatis ac omnigenarum virtutum sublimium ornamento quaquaversum coruscat. Admiror et omni veneratione prosequor Stemmatibus tam antiqui et tam gloriosi diffusam et in dies crescentem amplitudinem. Quare vltimas, quae haud ignorare licet, tanti generis radices et incrementa vetustissima pie perscrutor et in Ludolfi, conditoris coenobiorum Brunshusae et Gandersheimi, vita accuranda et enodanda manifesto. Seruet Deus ter Optimus Maximus omnem Ludolfi progeniem amplissime vigentem, ejusque gloriam esse sempiternam, et ad seras saeculorum decursiones persistere jubeat!

## §. II.

Nomen et elogia Ludolfi.

Nomen et elogium Ludolfi a Scriptorum turba varie profertur. LUDOLFVS audit THEODORICO ENGELHVSIO, (a) et in CHRONICO BRVNSVICENSI, (b) Ludolfum sese vocat Ludolfus in charta commendatitia de fundatione monasterii Gandersheimensis. Eadem scriptura vitur HROSWITHA, (c) In genuino Ludolfi diplomate dicitur LIVDOLFVS, BODO (d) et LETCKFELDIVS (e) scribunt LEVTHOLFVS pro libertate sua in exscribendis diplomatibus indebita et intoleranda. Ex eorum incuria factum est, vt CASPAR CALVOER ex scriptura illa falsa arcesseret telum, (f) quo diploma illud omni auctoritate et fide priuaretur. Facilis ad hoc punctulum criticum erat JOANNI MICHAELI WEINRICHIO, ex inspectione diplomatis ipsius, responsio. (g) WITICHINDVS, Monachus Corbeiensis, eum adpellat LUDOLFVM. (h) A SIGEBERTO GEMBLACENSI dicitur Leuculfus. (i) In Chronico picturato CONRADI BOTHONIS vocatur Ludeleff (k) et eadem ratione adpellatur in veteri alio Saxonico Chronico. (l) CHRONICON HILDESHEIMENSE eum vocat Leodolphum magnum et Leutholphum. (m) In diplomate quodam Ottonis II, quod LEVCKFELDIVS admodum vitiose edidit, dicitur Luitolfus. Verum haec forsitan videntur minora, Quare ad elogia et cognomina festinare, apud animum constitui.

## §. III.

- (a) Apud MADERUM pag. 170. in Chronico, edito Helmstadi 1671. 4. et Chronici eiusdem Compendio p. 24. quod 1661. 4. ibidem editum.
- (b) Apud eundem p. 2. Auctoris Anonymi Chronicon edidit idem Helmstadi 1661. 4.
- (c) In carmine de constructione Gandersheimensis coenobii apud LEVCKFELDIUM p. 410. 413. 414.
- (d) In Syntagmate de constructione coenobii Gandersheimensis apud MEIBOMIUM T. II. p. 187. Eadem scriptione vitur GABRIEL BVCELINVS in Germaniae Sacrae P. II. p. 37.
- (e) In Antiqq. Gandersheim. pag. 22.
- (f) In Saxonia inferiori antiqua gentili et Christiana P. III. L. II. c. 7. §. 96. 97. p. 319. 321.
- (g) In IV. Observ. considerationum historicarum et theologiarum ex antiquitate et re litteraria, Germanice scriptarum pag. 564. seqq.
- (h) Annal. L. I. p. 634. apud MEIBOMIUM T. I.
- (i) Ad a. 860. p. 566.
- (k) Apud LEIBNITIVM T. III. Script. Brunsvic. p. 298.
- (l) Apud J. G. LEVCKFELDIUM l. c. c. 2. §. 4. p. 14.
- (m) Apud LEIBNITIVM Script. Brunsvic. T. II. p. 785.

§. III.

Encomia et cognomina Ludolfi.

Elogia Ludolfo tribuuntur satis ampla et splendida. **NICOLAVS SCHATENIVS**, (a) Ludolfum vocat *clarum cum primis inter Saxones, virum religione non minus quam bellica fortitudine eminentem*. **ALBERTO STADENSI** audit *vir nobilis & Dux Saxonum nobilissimus*. (b) **AGIVS** Presbyter eum adpellat (c) *ducem orientalium Saxonum, ex illustrissimo Saxonum genere oriundum*. **HROSWITHA** praecipuas ei laudes decantat, dignas utique, quae a nobis repetantur. (d) **BODONI** audit *Saxonum dux princepsque potentissimus, tam genere nobilis, quam bonitate et vitae moribus etiam clarens, nobilitate clarissimus*. (e) Bellatorem eum fuisse adversus Normannos, videre est ex elogio **SCHATENII**, Jesuitae diligentissimi et fide pleni, quo Ludolfum cognominat *clarissimum Ducem Saxoniae et bellatorem pro Christiana religione adversus barbaros*. (f) Vnde facile divinatu est, qualis quantusque fuerit Ludolfus, et quam dignus ille sit, cujus memoria ab oblivione vindicetur et ad omnes aetates secuturas transmittatur.

(a) In *Annalibus Paderborn*, P. I. L. II, p. 128. ad a. 845.

(b) In *Chronico* p. 115, ed. Helmenstad. 1587. 4.

(c) In *Vita Hathumodae* c. I, p. 3, ed. Eecardi Lips, 1720. fol.

(d) De constructione Gandersheimensis coenobii v. 6. sqq. p. 410. 411, ed. LEVCKFELDI.

*Hic praenobilium natus de stirpe parentum  
Ortus quique sui respondens nobilitati,  
Moribus egregiis ususque suae probitatis  
Inter Saxones creuit laudabilis omnes.  
Namque fuit strenuus, forma nimiumque decorus,  
Prudens in verbis, in cunctis cautus agendis,  
Atque sui generis solus spes & decus omnis.*

(e) In *Synagmate* p. 480, ed. Meibom, T. II.

(f) In *Annalibus Paderborn*, P. I. L. III, p. 184, ad a. 877.

§. IV.

Originatio vocis Ludolfi.

**LVDOLFVS** seu Liudolfus originationis est Germanicae, creberrimum nomen in ferie comitum Woldenbergensium et Peinensium. Recurrit adpellatio haec in posteritate Ludolfi infrequentissime, indubie ob inauspicatos eventus. Nam **LVDOLFVS** Ottonis I. Imperatoris ex Editha Angla filius circiter a. 931. natus et a. 947. cum Ita Hermanni, Sueviae Ducis, filia matrimonio coniunctus, in patrem novercae causa rebellionem exercuit gravissimam, ab a. 951. ad 954. continuatam, immo a compositione inde Arenstadiensi resumtam, cui prae taedio et moerore immortalis est a. 957. Moguntiae sepultus. (a) Tragicus hic casus omnino in causa est, ut Ludolfi nomen in Ludolfina posteritate redditum sit insuetum et minus obvium. Originatio autem tanti mali non est index, sed e contrario omnis faustitatis nuntia. Nam Ludolfus est vox composita ex *luidi* et *hylpen*. Leudi, liti, leudes, luidi, quasi ex לודים *natis*, progeneratis, sunt homines, ex stilo iuridico Germanorum et Longobardorum vassalli, seu subditi, glebae adscripti, tributa pendentes et opera praestantes servilia, licet a servis differant. (b) Juvare, adiuuare Gothis dicebatur *hilpan*, Anglosaxonibus *hylpan*, *helpan*, Francis et Alemannis *helfan*, hodie *helfen*: et auxilium Anglosaxonibus *helpe*, *hylf*, *ulph*, *ylp*, Keroni *helfa*, Cambris *help*, hodie *hülfe*. (c)

(a) **SIMON FRIDERICVS HAHN** in *der Reichs-Historie* P. II, c. 3, §. 4, p. 15. 169.

(b) **CAROLVS de FRESNE** in *Glossario mediae et infimae Latinitatis*, T. II, P. I, 283, ed. Francof. ad Moenum 1710. fol. **PFEFFINGERVS** in *Notis ad Vitruvii Institutiones Juris publici* T. II, p. 974. V. E. **LOESCHERVS** in *Litteratore Celta*, p. 49.

(c) **JOANNES GEORGIUS WACHTERVS** in *Glossario Germanico*, p. 184, ed. 1727, Lips. 8.

§. V.

Natalis Ludolfi incidit in confinia saeculi octavi et noni.

Natalem tanti ducis nusquam reperire hucusque licuit. Sua profecto iam aetate **ROSWITHA** conqueritur de scriptorum et monumentorum huc facientium penuria, in praefatione ad *Panegyrum Oddonum*. Quis igitur post tot saecula, et tot, oblivione sepulta, scripta, non accuset alicubi testium inopiam et defectum? Tantum salvis veritatis legibus pronuntiare audeo, omnem fere Ludolfi aetatem incidere in saeculum a Christo nato nonum. Mortem videtur **CHRONICON breue S. GALLI** ad annum 864. referre: *Ebachard, LVITOLF, Erehancker, Luitfrid, Ruddolf, regni principes obierunt*. Illorum enim annus emortalis traditur inibi incidisse in a. 864. At infra ostendendi locus erit,

Lu-

Ludolfum a. 875, cum morte vitam commutasse. *BOTHO* in *Chronico Saxonum picturato* videtur nuptias Brunonis reicere in a. 816. sed ita videtur. Nam occasione data Botho ibi excurrit in commentarium suum de prosapia Ludolfi effundendum, lectorem magis distrahens, quam confirmans. Oda certe coniunx anno 806. fuit in lucem suscepta. Ludolfus autem noster ab intervallo ineuntis fere aetatis stipendia fecerat (a) sub Ludouico Pio, quem, a. 814. patri Carolo Magno in imperio successisse, & a. 840. demortuum esse, nouimus. Ludouici huius nepos *LVDOLVICVS SAXO* ex Ludouico Germanico, Franciæ orientalis rex, Luitgardin Ludolfi filiam a. 865. vxorem duxit, denatam a. 885. (b) Vnde annus natalis Ludolfi confuse eruitur. Odae natalis et mors confirmant coniecturam nostram. Haec enim obiit diem supremum anno 913. (c) anno centesimo et septimo aetatis suae, (d) quo ipso docemur, eam fuisse natam anno 806. vel 807. nubilisque annos circa 824. adtigisse. Quum igitur Ludolfus haud inferior aetate fuerit, natalis eius in confinia saeculi octavi et noni incidit.

(a) *HROSWITHA* v. 13. sqq.

(b) *NECROLOGIVM FVLDENSE*. p. 762.

(c) *CHRONICON QVEDLINBURGENSE* apud *LEIBNITIVM* T. II. p. 278. ad a. 913.

(d) *CHRONICON* illud l. c. *CONRADVS BOTHO* in *Chronico picturato*. T. III. Leibnitiano p. 299. *TANGMARVS PRESBYTER* in *Vita S. Bernwardi* L. I. C. XIII. p. 446. *CHRONICON RHYTMICVM Brunsvicensium Principum* p. 14. *HROSWITHA* p. 330. T. II. Leibnitiano.

## §. VI.

*Quomodo versandum sit in exquirendis Ludolfi parentibus.*

Nisi Ludolfus parentibus suis esset celebrior et emicaret velut inter ignes luna minores, paucissima firmo cum adfensu posteris liceret memoriae prodere. Sunt, qui, eum e Wittekindo natum, referunt: alii Brunonem pro patre eius habent: alii Wichbertum seu Egbertum: alii cum Alberto Stadeni quemdam ei adtribuunt Walbertum: Recentiorum testimonia in hac causa, tam abstrusa quam vetusta, nullo nituntur praesidio, nisi fide scriptorum vetustorum sese tueantur. Audiamus igitur, quae, primum auctores antiquos, sepositis tantisper nouis, qui vetera consarcinarunt et ordini nonnullo adstrinxerunt. Si hisce iudicium nostrum interposuerimus, ab inuidia et audacia nos alienos fore confidimus.

## §. VII.

*Agii, Roswitae, & Wittekindi de parentibus Ludolfi silentium notatur.*

Ego quidem ignoro, quid suspicandum sit de silentio *AGII, WITTECHINDI* Corbeiensis et *ROSWITHAE* Gandersheimensis. Primus enim Ludolfum aetate adtigit et reliqui duo temporibus Ludolfi fuerunt proximi. Num quid maiorum obscuritas obstat notitiae posteritatis? Minime vero. Quantis enim laudibus non euehuntur maiores Ludolfi a scriptoribus illis laudatissimis? *AGIUS*, qui Ludolfi familiae interfuit, (a) ita de Hathumoda: (b) *Pater eius ex illustrissimo Saxonum genere oriundus, Dux orientalium Saxonum fuit.* Et paulo ante: *Denique ut de primoribus eius doceamus, qui omnes et ex paterno genere et ex materno clarissimi fuerunt.* Absuit igitur obscuritas et ignobilitas. *HROSWITHAE* (c) Ludolfus respectu maiorum dicitur, *praenobilium natus de stirpe parentum.* Et paulo post v. 20. de eo traditur: *Quique suos omnes vicit pietate Parentes.* Rectius ad fidem *MSTi* cum *EC-CARDO* legitur *quinque pro quique*, ut adeo hinc eluceat, quinque parentes Ludolfi iam veritate religionis christianae, quantum saeculi illius feces patiebantur, fuisse imbutos, quod ipsum in decursu tractationis confirmabimus. *WITTECHINDVS* Monachus Corbeiensis, coniugem Henrici Aucupis ex stirpe Wittekindi ducis Saxonum militaris (d) repetit et Ludovicum Infantem seu Arnolfi Imperatoris filium in vxorem duxisse Luidgardam Brunonis ac magni Ducis Ottonis sororem referens (e) statim subdit: *Horum pater erat Ludolfus, qui Romam profectus transtulit reliquias Beati Innocentii Papae. Ex quibus Bruno quum Ducatum administraret Saxoniam, duxit exercitum contra Danos et inundatione repentina circumfus-*

(a) Ipse enim in *Vita Hathumodae* c. 6. p. 9. *Quod minus mirum videtur, quum etiam nostrae exiguitatis indignissimam paruitatem, et sana (Hathumoda) ultra modum excoluerit, et iam infirma stanni desiderio videre cupinerit.* Conf. *ECCARDI* Notas p. 27.

(b) In *Vita Hathumodae* c. I. p. 3.

(c) De *Constructione Gandersheimensis cognobii* v. 6. sqq.

(d) In *Annalibus* L. I. p. 452. T. I. *MEIBOM* *Consentit AVCTOR Vitae Mathildis Reginae* c. I. p. 193. T. I. Leibnit.

(e) *Ibidem* L. I. p. 634.

TENIVS,  
quam bel-  
e Saxonum  
ex illustrif-  
dignas uti-  
iffimus, tam  
e) Bellato-  
fuitae dili-  
tae et bella-  
ualis quan-  
vindicetur

num nomen  
haec in po-  
LVDOLFVS  
947. cum Ita-  
cae causa re-  
compositione  
957. Mogun-  
men in Ludol-  
tem tanti mali  
est vox com-  
eneratis, sunt  
iditi, glebae  
rant. (b) Ju-  
ancis et Ale-  
y/p, Keroni

ed. Francof. ad  
publici T. II. p.  
27. Lips. 8.

to iam aetate  
tium penuria,  
llivione sepul-  
alvis veritatis  
alum a Christo  
m 864. refer-  
erunt. Illorum  
adi locus erit,  
Lu.

*sus, non habens locum pugnandi, periit cum omni exercitu, fratri natu quidem minori, sed omni virtute multo potiori, relinquens Ducatum.* Roswitha vitam degit Gandersheimii regnante Ottone primo et secundo, et inibi a Richardi et Gerberga Abbatissa, Henrici Bavarici filia, Henrici Aucupis nepte, egregiis artibus ingenuis ac scientiis instructa est. (f) Quid igitur impediuit, quo minus Ludolfi parentes exquirere, nosse et litteris consignare potuerit? circa idem tempus in vicinia locoque inlustri agebat. Nam Corbeia, Heriuordium et Gandesia eo aevo eruditione sacra et profana latissime florebant, fatentibus **NICOLAO SCHATENIO**, (g) **HERMANNO CONRINGIO**, (h) **JOANNE GEORGIO ab ECCARD** (i) et aliis. Nec dubito, quin Warinus, Abbas Corbeiensis, fuerit Ludolfi nostri frater, et filiulus Ludolfi Monachus Corbeiae fuerit educatus, uti infra ostendam suo loco. Vnde satis exploratum habeo, Witechindo de parentibus Ludolfi non pauca innotuisse, certe innotescere potuisse. *AGIVS amitam quamdam venerabilem, quamuis iam grandaevam et senio confectam*, memorat. (k) Fuit igitur Ludolfo soror. Sed eam nominatim haud adtigit *AGIVS*, omittens dicere, utrum coniugata et cui fuerit, an vacauerit coelibatui. Alii eam prorsus tacent. Ita fieri consuevit, ut ea, quae nobis vivis et praesentibus sunt longe exploratissima et perquam obuia, minori adtentione comitemur et prosequamur, quam illa, quibus longinquitas temporis venerationem quasi aliquam dignamque diligentiam conciliat. Perpetua haec olim erat **JOANNIS CLERICI** (l) querela, quae omnino innumeris exemplis subnititur.

- (f) Ipsa **HROSWITHA** in Praefat. ad Historiam Beat. Mariae Virg. *Satagebam iuxta meum posse, licet minime necessarium, aliquem tamen conficere textum ex sententiis scripturarum, quas intra arcem Gandersheimensis conlegeram coenobii, primo sapientissimae atque benignissimae, RIKARDIS magistrae aliarumque suae vicis instruente magisterio, deinde prona fauente regiae indolis GERBERGA, cuius nunc subdior dominio Abbatiae, quae aetate minor, sed ut imperialem decebat neptim, scientia prouectior, aliquot auctores, quos ipsa prior a sapientissimis didicit, me admodum erudiuit.*
- (g) In Annalibus Paderborn. P. I. L. II. p. 127. 128.
- (h) De Antiquit. Academicis Diss. III. p. 65. *Vna ad Visurgim Corbeia nostra Bremae dedit ordine integros quinque priores Episcopos, eosque omnium optimos, nec minus alibi pari virtute aliquam multos.* Conf. **AVCTOR de INSTITVTIONE NOVAE CORBEIAE** T. I. Meibom. p. 765.
- (i) In Notis ad Agii Vitam Hathumodae p. 27.
- (k) In Vita Hathumodae c. 6. p. 9. 10. *Primo omnium venerabilis amita eius, quamuis iam grandaeva, et senio confecta, quantum dolor eam adesse permittebat, et indefesse adstibat.* Existimat Illustris **EC-CARDVS**, nomen ei fuisse **ADDILAM** eamque fuisse Abbatissam secundam Heriuordicaem, in Notis ad Agium. p. 31.
- (l) In *Arte critica* P. I. C. I. §. 5. num. 5, p. 38. 199. ed. Lips. 1713. 8.

## VIII.

## De Witechindi Corbeiensis errore genealogico circa stemma Ludolfinum.

De Witechindo Corbeiensis nominatim illud commemorandum duco, quod profaniam Ludolfi haud prorsus calluerit, siquidem Luitgardam, Ludolfi filiam, Ludovico infanti, Arnulphi Imperatoris filio, nupsisse tradit. a) Quantopere hoc veritati repugnet, nemo non intelligere potest, qui mediocriter e fontibus ipsis addidicit historiam Germanicam saeculi noni, uti **MEIBOMIVS** plene ostendit, (b) Nam **LVDOWICVS INFANS** mortuus est expers tori et prolis. (c) Ludovicus contra medius, Ludovici Germanici princeps iuuentutis et filius, Luitgardam illam in matrimonium duxit, testantibus **HROSWITHA**, (d) **AGIO PRESBYTERO**, (e) **CHRONICO LAVRISHEIMEN-**

SI

- (a) L. I. Annal. p. 634. *Lothowicus, cum accepisset uxorem, nomine Luitgardam, sororem Brunonis ac magni Ducis Ottonis, non multis posthaec uixerat annis.* Errorem repetunt **CHRONICON RHTTMICVM** T. III. Leibu. c. 7. p. 12. et **BOTHO** p. 298.
- (b) Tom. I. in Notis ad Witekindum p. 671. 672.
- (c) **SIMON FRIDERICVS HAHN** in der *Reichs-Historie* P. I. c. XI. §. 5. p. 300.
- (d) In carmine de fundatione Gandersh. v. 306. 199.

*Ergo sui natam LVITGARDA nomine dictam  
Nutu clementis Regis praestante perennis  
Elegit clarus Francorum rex LVDOWICVS  
Regni consortem sibimet sociamque perennem  
Filius illius, cuius dono LVIDVLFVS  
Suscepit primum propriae gentis dominatum.*

- (e) In Dialogo de obitu Hathumodae Abbatissae p. 21. ubi virgines sacras Ludolfi fillas ita consolatur:  
*Nec deerit Regina soror vobis, ubicunque  
Forsan Regali est opus auxilio.*

SI, (f) *NECROLOGIO FVLDENSI* (g) et *ANNALISTA FVLDENSI*. (h) Eum in finem haec adfero, vt postea Witichindi auctoritas sola non obsistat, quo minus probabilissime parentes Ludolfi definiamus.

- (f) In Vita Waltheri Abbatis p. 67.  
 (g) p. 762. ad a. 880. *Brun Comes et frater Reginae, obiit.*  
 (h) Ad a. 880. p. 43. Tom. I. Freheri scriptor, rer. Germanic.

## §. IX.

*Scriptores mediae et infimae aetatis variant mirifice in adsignandis Ludolfi parentibus.*

Aeuum a Ludolfo disiunctius id memoriae prodere vel potius diuinare voluit, quod scriptorum primi ex professo commemorare haud erant dignati. BODO, qui sese, sexcentis a Roswitha annis post, vixisse indicat, (a) Ludolfum vocat *Saxoniae ducem et principem ex patre Brunone* (b) et paullo ante *principem potentissimum* adpellat, cui ex *Widkindo Saxonum principe origo fuerit*. Crederes, Monacho Clusinenfi in vicinia et clientela Gandersheimii olim degenti, ac ad annum 1531. sub exordio renascentium litterarum scribenti haec constitisse. Verum in Bodone, vbi Hathumodam non potuit sequi, exigua sese offert vetustatis vltimae cura et inuestigatio. Si delectemur fabulis de columba ad exstructionem templi saxa monstrante, de ignibus fatuis sedem aedis cathedralis ostendentibus et de aliis ostentis, fauentibus superstitioni, tum equidem Bodo ad cyathum stare poterit. HENRICVS BVINTINGIUS vocat (c) Ludolfum *ducem magnum Saxoniae, Angariae et Westphaliae*, ducis Brunonis II. filium, qui a. 842. ab Imperatore Lothario Saxoniam in feudum receperit. Mirae fabulae! Fuit Ludolfus dux Saxoniae orientalis; Cobbo occidentalis, seu Westphaliae. Ecquis autem Bruno fuit primus, si Bruno secundus erat Ludolfi parens? Ludouicum Germanicum donasse Ludolfo ducatum seu comitatum, infra docebimus. Brunonem Ludolfo pro patre adiungit etiam CONRADVS BOTO. (d) Consentit BVINTINGIUS, Brunonem pro filio Wigbrechtii reputans. ALBERTVS CRANTZIUS (e) eadem fere statuit, Brunoni fratrem adiungens Walbertum improlem. Huic adsentitur EVERARDVS, (f) FRANCISCVS IRENICVS, (g) HVGOMENARDVS, (h) VBBO EMMIUS, (i) HORTLEDERVS (k) aliique. WOLFGANGVS LAZIUS (l) Wernekini filium tradit fuisse Ludolfum. Bruno, Berno, Berneke, Werneke, non differunt. BOTO (m) memorat, Bernonem quemdam

C 2

secum

- (a) In Syntagmate p. 479. T. II. Meibom.  
 (b) Loco ex citato. p. 480.  
 (c) In Chronico Brunsvicensi PHILIPPI IVLII REHTMEIERI T. I. P. II. c. XI. p. 177.  
 (d) In CHRONICO SAXONVM PICTVRATO ad a. 816. apud Leibnitium T. III. *Hertoge Brun Hertoge Wyprechtes Sone to Sassen und eyn Her to Engeren, de name to ener Fruwen eyns Herren dachter van der Roten Fan, de het SVSANNA, de telde ome eynen Sohne, de het Ludeleff, de wart de erste Hertoch to Sassen upp duffe sit der Weser, und dem Harte, so dat duffe Son Ludeleff in Kreck beyde Land to Sassen. Itlike de schriuen dusses Ludeleffes Vader de hebbe geheten Walprecht. Itlike de willen, dat Walbrecht und Bruno hebben twey broder gewesen, VVu dat is, so quam so duffe Hertoge Ludeleff, de Ganderschembuwede, van duffer eynen; doch van deme Bruno holdet de meysten Croneken, de warhaftich syn.*  
 (e) Saxoniae L. II. c. 27. *Walbertus - habuit fratrem Brunonem, qui accepta, ut ferunt, conjugē Susanna ex Suenia genuit Ludolphum, qui in Principatu successit: Nam Walbertus prolem masculam non reliquit. Idem c. 29. Ludolphus, inter Saxones nobilitate praestans, ex eadem Wedekindi stirpe prognatus est; Filius, an ex fratre, Walperti nepos aut fratruelis? nonnulli relinquunt incertum, sed compertum est, hunc Brunonis, qui frater erat Walberti, fuisse filium.*  
 (f) In Carmine de fundatione Gandersheimensi c. 2. p. 357. apud LEVCKFELDIUM in Antiqq. Gandersh.  
 (g) In Exegeſi historiae Germanicae L. III. c. 59. p. 133. ed. 1725. Hanovienſis fol.  
 (h) L. II. Observationum p. 643.  
 (i) In Appendice Genealogica p. 151.  
 (k) Von Vhrfachen des Teutschen Krieges T. I. L. IV. c. 23. p. 1491.  
 (l) de Migratione Gentium L. IX.  
 (m) In Chronico picturato ad a. 810. p. 292. T. III. Leibnitii scriptor, Brunsvic. *Vnde do Konigh Karle begunde mit en (Wedekint) to kriegen, do satten se dussen Wedekint to eynem Konigh, unde do Konigh Karle one bekande, de make do, dat eyn Hertochdom to Sassen, unde sattede Wedekint to eynem Hertoghen, unde de anderen to Heren unde to Greuen, unde scholde bliuen by der linea van arven to arven, de wile dat se warden. So dat van dussen twelf Eddelinge der Sassen sunt aff hergekomen duffe Fursten unde Heren, bynamen; De Hertoghen to Sassen. De Hertoghen to Brunswick. De Marggreven van Brandenburg; - Et paullo ante: Konig Wedekint to Engeren, eyn Hertoch to Sassen, de nam Konigk syfrides suster to Dennemarck, so hyr bevoren rede beroret is, unde se het Geva, de telde ome twey Kinder, eynen Sone, de het Wypert, unde eyne dochter, de het HASALA, de nam eynen edelen van Sassen, de het BERNO, sin vader was eyn van den twelf Eddelinge der Sassen, unde toch mit Wedekint in Denne-*

mar-

secum matrimonio iunxiffe HASALAM Witkindi filiam, cuius mater dicta fuerit GEVA, soror Sigfridi Danorum regis, ipsum vero Bernonem fuisse ex duodecim nobilibus feu Adelingis Saxonum. Hasala, Gasala, Gifela, Gesche, Geva non differunt. Fabulose tamen sunt illae XII. satrapiae nobilium Saxonum. Nam POETA Anonymus SAXO (n) ita habet de Saxonia:

*Quae nec rege fuit saltim sociata sub uno  
Sed variis diuisa modis, plebs omnis habebat  
Quot pagos, tot paene Duces - - -*

Brunonem Ludolfo patrem dant praeterea CASPAR CALVOER, (o) JOANNES LEZNERVS, (p) CYRIACVS SPANGENBERG (q) alique. LEVCKFELDIUS huc etiam refert CHYTRAEVM. (r) At DAVIDES CHYTRAEVS aut de alio Ludolfo differit aut miserandum admittit errorem chronologicum. (s) Chytraeum sequitur GEORGIVS FABRICIVS. (t) Alii Ludolfo patrem Walbertum adfingunt, filium Wigberti. Auctor libelli de fundatione ecclesiarum Germaniae (u) ita rationes ducit. ALBERTO STA-

*marcke, do he vor Konigh Karle stoeh ubh Sassen, umme des gelouen willen. CHRONICON RHYTHMICVM PRINCIPVM BRVNSVICENSIVM T. III. Leibn. c. 3. p. 7. de eodem Witkindo:*

*Hertoge ut Sassenlant  
Wedekind wart he genant  
Nach der Warheit, also de Schrifft  
Van Enghere uns orkunde gift.  
Vnde sin Frowve GEVA Hertoginne  
De karde do alle ore sinne  
Na Goddes hulde unde mynne.*

*Et idem c. 5. v. 21. sqq. p. 8. sq.*

*Dit was unde is dat orsprunck  
Der Sassen Fürsten, - - -  
GHEVA sin werde Frowve  
Wart to BETTELAHEIM to rowve,  
Begraven bi Osenbrücke,  
Ouer Sele Got gheve glücke,  
Van Gandersheim uns de Kroneke secht,  
Hertogen Wedekindes künne (herkunft)  
Ein Forste sint den lif gewonne,  
De was BRUN genant;  
Ok deit se uns mer bekant,  
Dat van dissen Brune worden geboren  
Eyn hoger Here uterkoren,  
LVDOLFF der Forste was genant,  
Hertoge ut Sassenland.*

JOANNES STADTVVEGIUS in Chronico Ludolfum refert fuisse Wittekindi cognatum vel agnatum. Apud Leibnitium T. III. p. 266. OTTO was ein Sasse LVDELEFES sone, sin veder was Witik yndt.

- (n) De rebus gestis Caroli Magni ad a. 772. p. 121. T. I. Leibnit.
- (o) In Saxonia inferiore antiqua gentili et christiana P. III. L. II. c. 5. §. 47. p. 300. 301.
- (p) In Chronico MSto de rebus Brunsvic. c. 81. Herzog BRVNO zu Sachsen, Herrn WICBRECHTS Sohn und Herrn Walberts Bruder - hat das Closter Brunshausen zu einer Abtey gestiftet, aber nicht vollendet, denn er bald darauf a. 843. mit Tode abgangen. Als aber nun darauf SEIN SOHN H. LVDOLPH Gros-Herzog zu Sachsen werden, und zur Regierung kommen --
- (q) In Chronico Sax. c. 98. p. 93.
- (r) In Antiquit. Gandersh. c. 2. §. 3. p. 11.
- (s) CHYTRAEVS in der Sachsen Chronic L. III. p. 103. Dieses Witkindi Bruder Sohn ist gewesen Ludolphus, welcher das Stift Gandersheim fundirt hat. Sed sui oblitus addit: Nach dem tödlichen Abgang Ottonis III. ist sein Erbe und Successor in dem teil Sachsen worden Ludolphus Brunonis Sohn. Videtur designare Ludolphum comitem Palatinum ex Herenfrido, qui etiam Ezo seu Azo dicebatur, & Mathilde Ottonis II. Imp. filia genitum. De hoc nonnulla habentur et inveniuntur apud MONACHVM BRVNVILLERENSEM de Venerabilibus Comitibus Palatinis (T. I. Leibnit.) c. 3. p. 320. At hic non erat filius Brunonis, sed Ottonis III. successor in Saxonia. Ludolfus autem Henrici Aucupis nec erat successor in Saxonia, nec successor Ottonis III.
- (t) L. II. Orig. Saxon.
- (u) Apud IOACHIMVM MADERVM Antiqq. Brunsvic. 1661. 4. Helmstad. p. 162. et G. G. LEIBNITIVM rerum Brunsvic. T. I. p. 261. Anno Domini DCCCL. coenobium Gandershem inchoatur per Ludolfum quartum Ducem Saxoniae de progenie Wedekindi regis Angarorum, quem Carolus Magnus conuertit -- et Wickhartum ducem Christianum, qui genuit Walbertum, qui fundavit Waldehusen et genuit Ludol-

*STADENSI* video eandem tribui sententiam. Sed mihi fecus de eo pronuntiandum videtur. Est quidem tabula genealogica ad a. 1024. Chronico ejus inserta, in qua *WIDOKINDVS* dicitur *inclytus Dux Saxonum per Carolum baptizatus*: huic pro filio datur *Wicbertus Dux Saxonum christianus*: huic natus adiungitur *Walbertus Dux Saxonum Christianissimus*: huic tandem *Ludolfus, Dux Saxonum nobilissimus*: Celebrerrimus *PFEFFINGERVS* (x) schema illud genealogicum pro genuino Alberti foetu habet. At vero a mente stiloque eius abhorret. Ipse enim *ALBERTVS* sic sentit: (y) *Widokindus filium habuit Wicbertum Christianum. Hic genuit Walbertum, qui causa orationis Romam veniens - - Ex EADEM SAXONICAE GENTIS STIRPE vir nobilis est egressus, nomine LUDOLFVS, qui etiam orationis causa Romam profectus reliquias Papae Innocentii inde adduxit.* *CHRONICON* aliud (z) Ludolfum habet pro Wittekindi ex fratre nepote. Quanta varietas! Ludolfi pater est nunc fratruelis Wittekindi, nunc eius filius, nunc Bruno, nunc Walbertus. Brunonem alii praeferunt, eo quod *Brunshusa* id ipsum significat, *JOANNES LETZNERVS* ita pertendit. (aa) Verum *ANNALISTA SAXO* ineditus scribit, Ludolfum anno 848. monasterium in *Brunesterhusen* inchoasse. Annus equidem ille suspectus, immo falsus est. Succedit alia ratio Letznero, scilicet virgines Deo sacras, olim in *Brunshusa* sub Pontificia religione detentas, in solemnitate anniversaria pro salute Brunonis, Ludolfi et Brunonis iunioris deprecatas esse. (bb) Agnosco rumorem, sed incertum et adespotum. Peruelim scire, qua fide et origine cantio illa seu deprecatio subnitatur. De Matre Ludolfi quid tandem laboramus? Qui patribus abundat, matribus etiam adfluet. Walberti vxor est incognita, Susannam Brunoni *BOTHO* (cc) et *BUNTINGIVS* (dd) in vxorem dederunt, auctoritate certe destituti et fide.

*dolphum praedictum, qui habuit filiam Achamoda, quae prima Abbatisa facta est ibi. Iste Ludolphus genuit Ottonem, Brunonem, et Tanquardum. Bruno Dux urbem Brunswick fundavit, quae ante Tanquarderode vocabatur, anno Domini DCCCXC.*

- (x) In Tomo II. Vitriarii Institutionum Iuris Publici nouis notis illustratarum L. I. Tit. XVI. p. 90. 93.  
 (y) In Chronico ad a. 817. p. 100. edit. Helmaestad. 1587. 4.  
 (z) *CHYTRAEVS* in der Sachsen Chronic L. III. p. 103. Verba paullo ante adtuli in (s) *GENEALOGIA Ducum de Engern* apud Maderum p. 25.  
 (aa) Nam loco excitato: *Ich bleibe by der ersten Menunge, daß sein Vater Herzog Bruno desselben Closters Stifter und Anfänger sey, aber es nicht vollendet habe.*  
 (bb) *Die Kloster-Jungfrauen*, pergit idem, *haben allezeit in ihren Jahrgedächtnissen diese drey Nahmen gesetzt mit folgenden Worten: Bedet vor Hartogen Bruno unde seines Sohnes Hartzogen Ludolphs unde Hartogen Brunen Sohnes Seele, de use Closter gestiftet, gebuet, unde vollendet, och demsintuen vele gudes gedan heft --*  
 (cc) In Chronico Saxonum picturato ad a. 816. p. 297. T. III. Leibnit.  
 (dd) In Braunschweigischer Chronic f. 17. b. *Braun von Gottes Gnaden Hertzogen Wigberts Sohn, regieret nach seinem Vater, und hat die Kirchen zu Wildeshausen fertig gebauet, die sein Vater Wigbert angefangen hatte, daselbst ist er auch bey seinem Herrn Vater begraben. Sein ebelich Gemahl Susanna, eines Edlen Herrn Tochter von der rothen Fahne aus Schwaben, die gebahr ihm Herzog Ludolffen. Susannam hanc repetit CRANZIUS L. II. Saxon. c. 27.*

## §. X.

## De auctore Ludolfi sententiae recentiorum.

Quid de auctore Ludolfi dicemus? Si ipse ex Wittekindi fratre fuit natus, Wernekinus erit auctus, fide Buntingii (a) aliorumque. (b) Antiquissimi equidem scriptores Wittekindo patrem non adiungunt. (c) Si Bruno fuit Ludolfi parens, Wigbertum ex plurimorum

- (a) In Braunschweigischer Chronic p. 16.  
 (b) Quos excitat et conligit vir plurimum reuerendus *IVLIUS CHRISTOPHORVS REHTMEYER* in *Chronico Brunswicensi* p. 117.  
 (c) *ANNALES HILDESHEMENSES* T. I. Leibnit. p. 713. *Witichingus Saxo tyrannidem molitur. - Witichingus Saxo post multam tyrannidem peractam in semet reuertitur, venit ad Regem, fidelis effectus baptizatur. POETA ANONYMVS SAXO* p. 127. T. I. Leibnit.

*Quo (Paderbornae locum) Carolus veniens, collectos repperit omnes  
 Paene Duces, populumque simul, totumque senatum  
 Saxonum, nisi quod quidam WIDOKINDVS abinde  
 Aufugit, Regem veritus: nam conscius idem  
 Audacis sibimet facti, multique reatus,  
 SIFRIDVM petiit, Danorum sceptrum regentem.*


Conf. Idem ad a. 782. p. 130.

D

rum testimonio habebimus auum. (d) Si vsus est patre Walberto, erit ad eundem Wigbertum velut auum denuo referendus. (e) Si Wigbertus fuerit Ludolfo auus, et *BOTHONI* fides haud est deneganda, *Sindacilda* fuit auia, de Frisiorum gente. (f) Si recentioribus fidem habemus, Witekindus fuit omnino Wernekini pacifici et Gundelingis, principis Rugiae, filius. (g) At vero per veterum scriptorum fidem stat, quo minus haec firmari et in lucem veritatis conlocari possint. (h) Illud videtur verum, Mathildin, coniugem alteram *HENRICI I.* quem recentiores falsa persuasione vocant Aucupem, de genere Witekindi fuisse ortam, eiusque fuisse neptim vel abneptim. (i)

§. IX.

- (d) *CHRONICON* Rythmicum Principum Brunsvicensium p. 8. 9. T. III. Leibnitii, *GENEALOGIA* ducum de Engern, quam Ioachim Maderus ex Wolfgangi Lazii L. IX. de Migrationibus Gentium depromit et Chronico montis sereni siue Lauterbergensi praefixit p. 25. *BRVNO* Dux Saxoniae primus, a *Carolo Magno* constitutus ex *Susanna comitissa Montisfortis* et de *Rotensan*, *Lutholphum* genuit, a *Ludouico Pio Saxonibus Ducem datum*, circa annum 820. sepultum in *Gandershaym*, quod fundauit. Mirandum est, Brunonem hunc ibi haberi pro fratre *Widekindi*, et filio *Wernekini*. Paulo enim ante sic legimus: *Wernekinus Dux de Engern et Tburg*, ex *Gundehilde Rugorum principis nata tulit duos filios*, *Brunonem Ducem Saxoniae et Vstikindum ducem ab Engern*.
- (e) *CONRADVS VRSBERGENSIS*, *ALBERTVS STADENSIS*, *AVCTOR* de fundatione ecclesiarum Germaniae p. 162. Antiqq. Brunsvic. *Ioachimi Maderi*. *CONRADVS SAMVEL SCHVRZFLEISCHIVS* in *Diff. de Witekindo Magno* §. XIV. p. 28.
- (f) In *Chronico Brunsvicensi Picturato* p. 295. T. III. Leibnit. *Dar was eyn Hertoge der Fresen, de het Hertoge RABODE -- Van dussen Hartogen Raboden -- quemen eddele slechte -- se dat eyn dochter quam van dussen slechte, de het SINDACILDA, unde was eyn eddele Grevynne, unde or slechte weren gude Christen geworden. Dusse eddele fruwve de nam Hertogen WYPRECHT to Sassen, VVedekindes Sone, unde se telden to samede twey Sone, eyne de het VVALBRECHT, unde de ander BRVNO. Genealogia Ducum de Engern, praefixa Chronico Montis Sereni apud Ioachim Maderum p. 26. VVigbertus, VVstikindi primi filius, baptizatus cum patre a *Carolo Magno* visito, fundator *VValderhusensis coenobii* ex *S MICILLA Frisfa VValbertum secundum genuit et HASELAM Brunonis Germaniae principis uxorem --**
- (g) *ELIAS REVSNERVS* in opere Genealogico p. 284. *PHILIPPVS LACOBVS SPENERVS* in Sylloge Genealogico-Historica p. 305. *CONRADVS SAMVEL SCHVRZFLEISCHIVS* in *Diff. de Witekindo* §. V. *HIERONYMVS HENNINGESIVS* P. II. regni II. et III. in *Monarch*. IV. p. 3. 199. theatri Genealogici.
- (h) *SIMON FRIDERICH HAHNE* in der *Reichs-Historie* P. II. c. 2. p. 18. n. (a)
- (i) *VVITICHINDVS* Corbeienis *Annal. L. I. p. 638. T. I. Meibom.* de *Mathilda*, *Henrici altera coniuge*: *Erat ipsa Dominaregina filia THLADERICI, cuius fratres erant VVITEKIND, IMMET, REGINBERN. Reginbern autem ipse erat, qui pugnavit contra Danos, multo tempore Saxoniam vastantes, vicitque eos, liberans patriam ab illorum incursionibus usque in hodiernum. Et hi erant stirpis magni Ducis VVidekindi, qui bellum potens gessit contra Magnum Carolum per triginta ferme annos. DITMARVS MERSEBURGENSIS T. I. Leibnit. p. 326. Henricus per affines legatosque suos, filiam Theodorici et Remildae ex VVIDEKINDI regis tribus exortam adpellat, ut sibi satisfaceret. -- Quae tres filios congruo pariens in tempore, Ottonem, Henricum, et Brunonem, prospero educavit, doloremque partus tantae stirpis dulcedine superavit. VITA MATHILDIS REGINAE c. 1. p. 193. T. I. Leibnit. Interim illorum peruenit ad aures, in coenobio Heriuordinesi egregiam hospitare puellam, nomine MATHILDAM, genere nobilem, specie exoptabilem et moribus illustrem, ut cum auita sua Abbatisa disceret psalmodialem librum et industrias operum. Haec etiam virgo traxit egregium genus a venerabili viro VVstikino, qui in occidentali regione Dux fuerat gloriosus, opibus pollens, -- et p. 194. A posteris ergo eiusdem VVstikini egregis Ducis processit stirps beatissimae Mathildis: cuius pater nomine Thietricus in occidentali regione Comes fuerat gloriosus, et venerabilem Reinhildam, Danorum Fresunumque germinem procreatam, moribus probabilem sibi adiunxerat coniugem -- SIGEBERTVS LEVITA in Vita Theodorici Metensis p. 295. VITA MATHILDIS REGINAE c. 3. p. 199. Quum relinquere deberet, a filius compulsus, quidquid Rex HENRICVS ipsi in dorem dederat, in occidentali regione adiit ANGERINENSEM distionem. Hinc patet, heredium fratrum et parentum in Angaria fuisse. En schema:*





Conf. MEIBOMIUS T. I. p. 681. scriptor. German. rerum. VITA MATHILDIS REGINAE T. I. Leibnit. p. 193. sqq. SIGEBERTI LEVITAE S. Vincentii seu Gemblacensis Vita Theoderici I. Episcopi Metensis c. I. p. 294. T. I. Leibnit.

## §. XI.

*Causa silentii scriptorum vetustissimorum et varietatis recentiorum circa genealogiam Ludolfi.*

NICOLAUS SCHATENIUS reiicit illam Ludolfi genealogiam a Witekindo, duce bellico, deductam eamque deputat in nugarum locum. (a) Ita enim iudicat: *Magnum certamen inter scriptores nostros, quibus parentibus Ludolphus Augustae Ottonum familiae conditor sit genitus. Albertus Stadenfis, quum enumerasset, ortum ex Widekindo Wigbertum atque ex illo Walbertum, ex eadem, inquit, Saxonicae gentis stirpe vir nobilis procreatus est Ludolphus. Hinc alii ex Walberto Widikindi M. nepote, alii ex Brunone Walberti fratre; quidam ex Brunone Widikindi M. fratre genitum volunt. Verum quum Widekindus Monachus Corbeiensis, vetustissimus Saxonum scriptor, Ottonum stemma per maternam lineam deducat ex Widekindo M. his derogare videri poterit, non praetermissurus paternum genus, si a Widekindo M. deducere licuisset. Nec diuersa ratione iudicat Illustris quondam GOTHOFREDUS GVILIELMVS LEIBNITIVS. Quum enim esset suspicatus, ab Ecberto descendisse Ludolphum, vel certe eius liberos, mox (b) addit: *Sed obstat, quod Witikindus Corbeiensis scripsit, coniugem Henrici Aucupis ex stirpe Witikindi Ducis vel Regis descendisse, idem dicturus et de marito, si eam Ludolfi originem nouisset. ROSWITA in Panegyrio Odonum ad Gerbergam Abbatissam sic inter alia praefatur: (c) Haec eadem nec prius scripta reperi nec ab aliquo digestim sufficienterque dicta elicere quini. Merito igitur accusamus negligentiam scriptorum Saxonorum, domestica negligentiam et externa scribentium. Verum maior erat gloria Caroli Magni et Caesarum, quam Adelingorum et Ducum Saxoniae: indubie etiam scriptoribus maiora obuenerunt praemia a Caroli gente, quam ab horrida bellicaque ratione Saxonica, quippe quae otia fastidiebat, litteras et scripta haud adeo sub initio emendationis animorum curabat, subsidiisque et cultura ingenii fere carebat. Germanis mos non erat, heroum suorum res gestas scriptis contexere. Tacitus (d) liquido: *Celebrant carminibus antiquis (quod unum apud illos memoriae et annalium genus est) Tuistonem Deum, terra editum. Druides enim ea, quae ad disciplinas adtinent, nefas putabant litteris mandari. (e) Accedit, quod ita animus humanus sit comparatus, ut obuia, nota, et tritissima negligat, et gloriam non nisi ex difficilibus et arduis expectet. Praeterea Saxonum vitae erant minus placidae parumque quietae, qualis a Musis et conscribendis libris abhorreere solet. Nec rege sub vno res suas administrabant, ut emicans latius splendor iussisset genus et sobolem obseruantius distinguere. Primores Saxonum erant Adelingi, nobiles, quibus singula erant sua praedia hereditaria, nemini subiecta nexu fiduciario vel clientelari. Per arbitria enim in comitiis dissensiones tollebantur, ut crederes, eos in statu naturali vitam agitare. Multitudo igitur familiarum nobilium, aequalitas, et certa in eos, qui gloriosius sua voluissent scribi, inuidia fuit impedimento, quo minus gloriosus Saxonicae nobilitatis antiquae et liberrimae fulgor per singulas familias litterarum monumentis consecraretur. Quis dubitat, subfuisse rationes Carolo eiusque posteris, cur impedirent potius quam promouerent descriptiones familiarum et rerum gestarum gentis Saxonicae? Stimulus enim ita animo poterat ingeri, pro adpetenda antiqua libertate, et pro captanda ad vires pristinas resumendas occasione. Tandem fuit factum, ut eminus ea viderentur honoratiora, quae cominus spectata negligebantur. Quocirca Witekindus Saxonicaeque comites et duces nobiles aetate illa, qua vixerunt, non fuerunt tanto honore adfecti, quam saeculis a morte ipsorum disiunctionibus. Ita DITHMARVS Merseburgensis, (f) WIGANDVS, (g) AVCTOR Chryoni-***

(a) In Annalibus Paderbornensibus P. I. L. II. p. 129. ad a. 845.

(b) In Introduct. ad Tom. I. Script. Brunsvic. Art. IX.

(c) Tomo I. Meibom. p. 709.

(d) De situ Germaniae c. 2. Annal. L. II. c. vlt. ACTA LVLDGERI T. I. Leibnit. L. II. §. I. r. p. 91. *Oblatus est caecus, vocabulo Bernlef, qui a vicinis suis valde diligebatur, eo quod esset affabilis, et antiquorum actus et regum certamina bene nouerat psallendo promere. IORNANDES de rebus Geticis p. 83. ed. Lin. lenbrog. 1611. 4. et p. 86.*

(e) de Bello Gallico CAESAR L. VI. c. 14. MELA L. III. c. 2. EGINHARTVS in Vita Caroli Magni c. 29. ad quem conferantur M. FRIDERICVS BESSELIUS p. 103. et Consiliarius SCHMINCKIUS.

(f) L. I. p. 326. T. I. Leibnit. vbi Mathilden Henrici I. Uxorem vocat *filiam Theoderici et Reinildae ex WVIDIK INDI REGIS tribu exortam.*

(g) In Vita B. WVALDGERI p. 284.

eumdem  
aus, et  
e. (f) Si  
e Gunde-  
it, quo mi-  
rum, Ma-  
ocant Au-  
tim. (i)

## §. IX.

GLA ducum  
m depromit  
mus, a Caro-  
it, a Ludou-  
m, Miran-  
m ante suc-  
lit duos filios,

celestarum Ge-  
LEISCHIVS in

en, debet Her-  
o doctior quam  
ite weren gu-  
lekynder Sone,

Genealogia  
i, VVigbertus,  
nfenfi coemo-  
mansae prim-

n Sylloge Ge-  
Witckindof, V.  
heatri Genera-

altera coniuge:

REGINBERN.

entes, vicique

is magni Ducis

si, DITHMARVS

tam Theoderici

uae tres filios con-

oque parius tan-

uit. Interim il-

ine MATHIL-

ta discedet psal-

uenerabili viro

. A posteris ergo

urme Thietricus

sonumque ger-

EVITA in Vita

uere deberet, a

e adit ANGE-

En schema:

ALRADA

Theoderici

is, ex pago

coniac Ha-

malant

odentus epi-

opus Me-

rculu.

ci *Mindensis*, (h) aliique vocant *regem*. At *POETA SAXO* (i) *ACTA LUDGERI*, (k) *VITA MATHILDIS REGINAE*, (l) *ANNALES FRANCICI* et *RHEGINO Prumiensis*, (m) scriptores et scripta, quibus vetustas maior fidesque inest, eum duntaxat adpellant *ducem*, *magnum Saxoniae ducem*, *unum e primoribus Westphelorum*, *ANNALES FULDENSES* (n) eum nominant *tyrannum* et *rebellem*. Ita scriptores Saxonici recentiores mirum in modum de loco, ubi *Witekindus* sacro fonte imbutus est, discrepant. (o) At *POETA SAXO*, (p) *CHRONICON QVEDLINBURGENSE*, (q) *ANNALES Francici* et *Fuldenses* (r) et ex antiquis proficiens *WERNERVS ROLEVINCK* (s) *Attiniacum* (*Attigni dans la Champagne*) adsignauerunt. Recentiores igitur raro in veteribus scriptis debite versari potuerunt aut voluerunt. Praeterea *ducum comitumque*, i. e. ductorum bellicorum et iudicum prouincialium, genealogiae olim non fuerunt litteris mandatae, vti permulta comprobant exempla. Laudi ducitur bene meritis de genere humano, si virtutum suarum praecones meritos inuenerunt. *HORATIUS* L, I, Serm. III, v, 107. sq.

*Nam fuit ante Helenam cunus teterrima belli  
Causa; sed ignotis perierunt mortibus illi.*

*MARTIALIS* egregie:

*Sint Mecaenates: non deerunt, Flacce,  
Marones.*

§. XII.

(h) Apud *MEIBOMIUM* T. I, p. 550. 551.

*Locus iste nominatus  
Mindin, quondam incastratus  
A quopiam Regulo  
Wedekindo: qui tum gratus  
Rex ibidem assignatus  
Mindensi populo.*

(i) Ad a. 785. p. 133.

*Tunc ubi compererat, WIDOKINDVM iam memoratum  
Abbonemque simul, QUI DE MAIORIBVS EIVS  
GENTIS ERANT, memores scelerum latitare suorum  
Fimibus in patriis -- --*

(k) §. 22. p. 97. (T. I. Leibnit.) L. II. Vitae Ludgeri ab Alfrido descriptae: *Ferebant -- quod quodam tempore, dum ad comitatum pergens, (Ludgerus) per prouinciales, qui Hasi dicuntur, iter ageret, per orationes eius homo mortuus reuixerit. Quis scilicet propter furtum caballorum WIDEKINDI DVVIS SAXONVM huic morti adiudicatus fuit, ut in campo ad stipitem ligatus, iactatus in eum sudibus acutis et lapidibus necaretur. Conf. L. I, §. 18. p. 90.*

(l) c. I, p. 193. *Haec virgo (Mathilda, Henrici vxor) traxit egregium genus a VENERABILI VIRO VVITIRINO, qui IN OCCIDENTALI REGIONE DVX fuerat GLORIOSVS, opibus pollens --*

(m) *CHRONICON QVEDLINBURGENSE* T. II, Leibnit. p. 276.

(n) *Annales Francorum Fuldenses* ad a. 782. p. 6. T. I. *FREHERI*: *Carlus habuit conuentum in loco, ubi Lippia oritur, cum omnibus primatibus Saxonum, EXCEPTO WIDICHINDO rebelle --*  
Et ad a. 778. *Interea Saxones, WVIDICHINDO TYRANNO amittente (lege annitente) Francorum terminos usque ad Rhenum ferro et igne denastant, sed non inulti reuertuntur.*

(o) *IOANNES PETRVS de LVDEVVIG* in Germania Principe L. III. c. I. p. 11. *IACOBVS CRYSIVS* in *Wittekindo* c. 12. sqq.

(p) Ad a. 785. p. 134. Leibnit. T. I.

*Quos (obsides) ut AMVLVVINVS quidam vernaculus aulae  
Eius (Caroli) adduxit, preperarunt protinus ambo (Widekind et Abbo)  
Ad Regem, iam tunc fuerat qui forte reuersus  
Ad villam propriam, quae dicitur Attiniacus.  
Hic iidem PROCERES sacri baptismatis vnda  
Perfusi, tandem Regi mansere fideles.*

(q) *CHRONICON QVEDLINBURGENSE* T. II, Leibnit. p. 276. *Inde Rex (Carolus ex Saxonia) Attiniacum reuersus, WWidekindum sibi huc usque rebellem et Abbonem cum sociis eorum, datis sibi obsidibus in eadem villa regia baptizari praecepit.*

(r) Ad a. 785.

(s) *De Antiqua Saxonia* c. 3, p. 621. T. III, Leibnit.

## XII.

*Ludolfi progenitor, avus, aut abavus, aut atavus non fuit Witikindus Dux Saxonum.*

Si quis scire peruelit, quid tandem de varietate illarum enarrationum genealogicarum sit statuendum, eum rogatum velimus, ut stricturas sequentes mente benevola percurrat. Examinabimus primo sententiam vulgarem de Wittekindo Ludolfi proavo; dein subiecturi recentiorum tentamina, quibus antiquitatem fere oblitteratam supplere et redintegrare conati sunt. Quantum ad vulgarem illam sententiam adinet, ea iure suo dudum a doctis fuit explosa. Vbi enim scriptores Wittekindo et Ludolfo aetate ac regione proximi tacent, nobis quoque tacendum est, nisi e collatione notarum nonnullarum, quas historici strictim immiscent, aliquid colligi queat. Silent de Wittekindo, qua proavo Ludolfi, Wittekindus Corbeiensis, Agius Presbyter, Roswida, Vita Mathildis reginae, auctor translationis S. Pusinnae et Vffingus, annales Francici, Fuldenfes, Laurishamenses alique, et quicumque Carolum M. ac eius posterorum vitam monumentis litterarum sunt complexi. Succurrit praeterea argumentum, quod sententiam vulgarem reddit plane improbabilem, ni omnino falsam. Obstant enim *WITTECHINDVS* et auctor vitae Mathildis reginae. Vterque genus huius Mathildis, quam Henricus I. seu Auceps in uxorem duxit, ad Wittekindum refert, de Henrico id non omisurus, si eius eandem stirpem Wittekindi masculam agnouisset. Eadem ratione rationes ducunt R. P. *HENRICVS TURKIVS*, (a) *NICOLAVS SCHATENIVS*, (b) *GOTHOFREDVS GVILIELMVS de LEIBNITZ*, (c) *IOANNES GEORGIVS ab EC-CARD*, (d) *NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS* (e) et forsitan alii, quos non inspexi. Wittekindus praedia in Engern possedit, ibi collegium sacrum instituit, ibique sepultus est. In vicinia educabatur Mathildis, cuius pater erat comes occidentalis i. e. dux Saxoniae occidentalis. Patria autem Mathildis erat Angaria (f) Aua erat Abbatissa Heriuordienfis, itidem prope Angariam. Certum igitur est, Ludolfum per masculam cognationem Wittekindum ducem non contingere. *ALBERTVS* sane *STADENSIS*, diligentissimus scriptor, non audeat Ludolfum ad Wittekindi stemma masculum reducere, subiiciens generatim haec mentioni de Wigberto et Walberto, Wittekindi filiis, factae: *Ex eadem Saxonicae gentis stirpe VIR NOBILIS procreatus est LUDOLPHVS*. Inserta est quidem Alberto tabula Genealogica, vnde contrarium patet. At ea loco prorsus alieno comparet, ducibus nimia addit elogia, et cum ceteris Alberti sententiis non concordat, tantum abest, ut illa nobis opponi possit. Necdum vidi auctores saeculi noni decimique, qui Wittekindo filios Wigbertum, Walbertum et Wittekindum secundum tribuant. Prodit sese heic cacothetes genealogicum, transiliens fidem historicam et terminos notitiae humanae. Eadem audacia omnes olim familiae Romanae cupiebant Troianae existimari originis ad exemplum Caesaris et Augusti. Mihi omnino fit verosimile, originem illam Octavii e progenie Anchisae, Caesaris aevo, esse effectam et per Augustum ornatam, idque ex arcano dominationis, ut scilicet Romani eis imperium ne inuiderent, quorum progenitores vltimi fuerint rerum domini et Romae auctores.

## §. XIII.

- (a) In Opere Annal. Westphalo-Rhenan. ad a. 842. num. 3. *Fundamentum posterioris opinionis sumi videtur ex Wittekindo Monacho, rerum Saxonicarum antiquissimo paene scriptore, qui, Ottonis Augusti stemma maternum ex Wittekindae stirpe deducens, de paterno silet, non praetermissurus adeo celebrem originem, si perspectam habuisset aut habere potuisset.*
- (b) In Annalibus Paderborn. P. I. L. II. p. 129.
- (c) In Introduct. ad Collectionem T. I. scriptorum historiae Brunsvicensis inseruentium Art. IX.
- (d) In Notis ad Vitam Hathumodae Abbatissae p. 29. *Per mare Ludolfum non descendisse ex Wittekindo, concludas ex Wittekindo historico, qui Henrici Auceps conjugem MATHILDEM DE GENERE WITTECHINDI DVCEIS FVISSE refert, non omisurus, si et Henricus ab eo venisset.*
- (e) In Libro singulari de Henrico Aucepe Halae 1711. 4. §. I. p. 2. not. (b) *Non simile vero est, ut, qui Mathildis genus, quae erat Henrici uxor, ad Wittekindum Saxonum illustrem Ducem retulit, reticeat Ludolfi, si ex eodem cum Mathilde fonte manasset.* Idem sentit *SIMON FRIDERICVS HAHN* in Diss. quam inscripsit: *Henricus Auceps, historia anceps, et moderator Illustri D. Ioanne Petro Ludewig 1713.* Halis publice tuitus est, §. III. p. 4. Consentiant limatissimi *COLLECTORES ACTORVM SANCTORVM T. II. M. Febr.*
- (f) Vita Mathildis Reginae p. 199. c. 3. §. 14. T. I. Leibnit. *Quum autem Sancta Des (Mathildis) vidisset molestias filiorum sibi non minus, sed de die in diem plus augeri, relinquens, quidquid Rex Henricus sibi dederat in dotem, in occidentalis regione adit ANGERINENSEM DITIONEM.*

## §. XIII.

*Sententia D. Conradi Bertholdi Behrens docet, Ludolfum fuisse nobilem de Gandersheim,*

Singularis est sententia D. *CONRADI BERTHOLDI BEHRENS*, (a) fautoris nostri singularis et de historia Gandersheimensis Abbatiae plurimum meriti, quae contendit, Ludolfum fuisse *nobilem* de Gandersheim, cuius maiores ignorentur, quantum ex scriptis hucusque vulgatis liqueat. *ALBERTVS STADENSIS* sane Ludolfum vocat (b) *virum nobilem*. Nobiles seu Adelingi tum erant immunes a tributis, a potestate alterius liberi, nulli regi vel Imperatori per fidem clientelarem obnoxii. Qui praediis abundabant hereditariis vel acquisitis, auctoritate eminebant, et *primores ac proceres* (c) dicebantur. Ex horum consensu indicebantur comitia de re publica et communi. Ex hisce eligebantur duces bellici, si qua necessitas ita exigeret. Sed officio hereditario et perpetuo non gaudebant. Ditiore plerumque bellis gerendis destinabantur, siquidem rationes per ipsorum proprias stabat, quo minus rationem rei publicae negligerent. Saxones, liberrima gens, sese effuderant ex Chersoneso Cimbrica saeculo III. et IV. ad Visurgim ac Albim, tandemque constituebant Osterlingos seu *Ostwalos*, Saxonesque Orientales, *Angarios* Anglosue, et occidentales, qui *Westwahi* vocabantur, quia ad occasum euagabantur. (d) Vniuersam Saxoniam a duodecim proceribus administratam fuisse et a regibus nullo non tempore abhorruisse, auctor est *WITTICINDVS*. (e) Quod si hoc verum est, tum illi proceres non nisi res bellicas administrarunt. Nam Poëta Saxo (f) singulis fere pagis seu tractibus suos adscribit Duces. Qui ad mare

(a) In Hochgemülligten Schreiben an einen vornehmen Freund, betreffend die neue Genealogische Meinungen Ioannis Georgii von Eccard 1724. 4. Sect. I. p. 4. sqq.

(b) In Chronico ad a. 817. p. m. 100.

(c) *POETA SAXO* ad a. 775. p. 124.

*Tunc illi quidam, qui de PRIMORIBVS eius  
GENTIS erat, supplex occurrit nomine HESSI,  
Partis et illius pariter plebs obuia tota  
Venerat, obsidibusque datis, quos iusserat ipse,  
Se seruare fidem Regi per maxima spondent  
Iuramenta. Quibus cunctis hoc ordine gestis,  
In PAGVM rediit, quem dicunt nomine BVKKI.  
Illic occurrere Duces simul Angariorum --*

(d) *POETA SAXO* ad a. 772. p. 121.

*Sed generalis habet populos diuiso ternos,  
Insignita quibus Saxoniam floruit olim.  
Nomina nunc remanent, virtus antiqua recessit.  
Denique WESTFALOS vocitant in parte manentes  
Occidua, quorum non longe terminus amne  
A Rheno distat. Regionem solis ad ortum  
Inhabitans OSTERLINGI, quos nomine quidam  
OSTVALOS alio vocitant, confinia quorum  
Infestant coniuncta suis gens perfida Sclavi.  
Inter praedictos media regione morantur  
ANGARII, populus Saxonum tertius. Horum  
Patria, Francorum terris sociatur ab Austro,  
Oceanoque eadem coniungitur ex Aquilone.*

*BEDA* in Historia Eccles. gentis Anglorum L. I. c. 13. p. 41. T. I. Leibnit. De Saxonibus, id est, ea regione, quae nunc antiquorum Saxonum cognominatur, venere Orientales Saxones, Meridiani Saxones, Occidui Saxones.

(e) *Annal.* L. I. p. 634. T. I. Meibom. *Vsque hodie gens Saxonum triformi genere ac lege praeter conditionem seruilem diuiditur. A tribus etiam Principibus totius gentis Ducatus administrabatur, certis terminis exercitus congregandi potestate contentis, quos suis locis ac vocabulis nouimus signatos, in Orientales scilicet populos, Angarios atque Westualos. Si autem uniuersale bellum ingrueret, sorte eligitur, cui omnes obedire oporteat, ad administrandum imminens bellum. Quo peracto, aequo iure ac propria potestate unusquisque contentus vinebat.*

(f) *POETA SAXO* ad a. 772. p. 121.

Quae

mare accolebant, piraticam faciebant; (g) qui interiora habitabant, rei agrariae ac pecuariae magis studebant. (h) Nobiles seu Adelingi habebant suos homines proprios, suas villas silvasque. (i) Cognominibus non utebantur, quae aetates secutae arcesserunt ab arcibus, a praediis, a villis. Si igitur per Ludolfum intelligitur *nobilis de Gandersheim*, tum primo cognomen adiectum est ad imitationem nostri aevi, deinceps nobilitas est intelligenda nemini subiecta et quasi statu naturali usa, praediis longe pluribus adfluens, quam conditio huius temporis patitur. De cetero fuerunt saeculo XIII. et XIV. *nobiles de Gandersheim*, qui distincte ita in Diplomatum vocantur. Ludolfus erat ea potentiae generisque nobilitate, ut possideret Hirschfeldiam cum tractu adiecto, (k) arcem in Ludolffesem inter pagum nunc Danckelsheim et Brunshusen coenobium, Gandersheimensem tractum, Rüdensem, Elligerodensem, Lutherensem ad Barenberg, alium ad Grossendenkte, ad Lachtendorpu, et alia loca plura. Quis enim credet, Brunonem, Ottonemque condidisse Brunsvicum pro peculio suo in terra aliena? Ludolfus inchoavit oppidum Gandersheim, (l) Otto exaedificavit et monasterio tradidit. (m) Ex eo tempore ad saeculum vsque XIV. oppidum Gandersheim fuit in ditione

E 2

Abba-

*Quae (gens Saxonica) nec Rege fuit sociata sub uno,  
Ut se militiae pariter defenderet usu,  
Sed variis diuisa modis plebs omnis, habebat  
Quot pagos tot paene Duces, velut unius artus  
Corporis in diuersa forent hinc inde reuulsi.*

- (g) *SIDONIVS APOLLINARIS* L. 8, ep. 6, tradit, Romanos inerrare littoribus Oceani curuis contra Saxonum pando myoparones (naues longas actuarias) quorum quot remiges videris, totidem te cernere putes archipiratas. Carmen VIII. quod est Panegyricum Avito Augusto dictum edit, Sirmondi p. 342.

*Quin et Aremoricus piratam Saxona tractus  
Sperabat, cui pelle salum fulcare Britannum  
Ludus, et ossuto glaucum mare findere limbo.*

Naves piraticas vocabant *Cyulas*, ut est apud *GILDAM* T. I. Leibn. p. 31. et *NENNIVM* p. 34. 35.

(h) Id liquet ex amore humi penes *VVITIKINDVM* Annal. L. I. p. 629. et *ADAMO BREMENSIS* L. I.

(i) *ADAMVS BREMENSIS* L. I. p. 76. T. I. Leibn. Quatuor differentis gens illa consistit, nobilium scilicet, et liberorum, libertorumque, atque seruorum. Et ad legibus firmatum, ut nulla pars in copulandis coniugis propriae sortis terminos transferat. Conf. Glossarium mediae et infimae Latinitatis du *FRESNE* sub voce *Ingenuus* et *Mansus*, unde patet, Adelingos nemini fuisse subiectos suasque huobas ingenuales, villas, et seruos habuisse.

(k) *VFFINGVS* in Actis S. Idae L. I. c. 9. indicat, *Hirzfeldiam hereditaria possessione post fata Egberti et Idae a praeclaro Comite Ludolfo possessam fuisse.* Et L. II. c. 1. prodit idem, locum illum sub rege *Arnulfo* iuri fuisse addictum excellentissimi Ducis *Otonis*, qui huius, inquit, *Serenissimi Augusti Otonis II.* existit proavus.

(l) *HATHVMODA* de Primordiis et fundatoribus coenobii Gandeshemensis T. II. Leibn. p. 319.

*Ecce meae supplex humilis deuotio mentis,  
Glistit felix primordia Gandeshemensis  
Pandere Coenobii, quod cura non pigritana  
Construxere Duces Saxonum iure potentes,  
Luidulfus Magnus, clarus quoque filius eius  
Oddo, qui coeptum perfecit opus memoratum.*

*STADTVVEGII* Chronicon T. III. p. 265. *Brunnswich wart in dussen Jare gebuwet, de Hertoghe Ludeleff beghan, vnd syne Sone Bruno vnd Tanquart vnbrachten.* Ludolfum ita animo agisse, fit vero simile, At auspicia ipse non suscepit. Brunshulam et Gandesiam ab eo conditam, testatur *CHRONICON RYTHMICVM Principum Brunsvicensium* c. 6. p. 10. T. III. Leibn.

*Do he es began alsus  
To Brunteshusen up sinen eygendome,  
Do wolde he varen to Rome  
Vor sine Sünde offerde he do  
Sancten Peter wat he in sinen Lande  
Eygenes hadde bi der Gande.*

Conf. c. 7. p. 11. Addatur *BOTHONIS* Chronicon picturatum ad a. 853. p. 299. *Hertoge Ludeleff de let vanden buschebrake in dem platten Velde, vnde burwede dar eyne Stat vnde leyde darin eyn Closter, vnde let dat beten na dem Water, dat dar nach hute in den dach doreh stut, vnde het de GANDE, darwart de stat geheten GANDERSSEM -- vnd Ganderssem dat was de eyste Stadt in Ostersassen.*

(m) *ROSVVITHA* v. 368. sqq.

*Quo (Brunone) mox occiso, iunior frater suus Oddo  
Dux factus populi, dono Regis Hludowici,*

Re-

Quae

est, ea regione,  
Saxoni, Occi-

ter conditionem  
certis termi-  
natis, in Oriem-  
ret. forte elipi-  
anque iure ac

Abbatissae. Eo autem, moderante Abbatissa MATHILDE SECVNDA, Brunsvicensis, potiti sunt Duces de Brunsvico et Luneburgo. (n) Posthaec IVDITTA Abbatissa castrum oppidanum et oppidum ipsum ex magna parte Ducibus eisdem in feudum dedit, et sese prima ecclesiae saecularis Abbatissam scripsit a. 1334. (o) Ludolfus igitur, qui potestatem in tot loca, partim tum culta, partim inculta, tenuit, in quibus coenobia et oppida pro arbitrato condi potuerunt ab heredibus et ipso, fuit excellenter nobilis, vel, si nostra scriptura utendum est, princeps imperii Germanici. An autem nulla ratione maiores Ludolfi possint in notitiam deduci, illud deinceps penitus ventijabimus.

*Respondit factis sancte voto genetricis  
Ac studio simili concordans nititur illi  
Cultibus Ecclesiam dignis ornare novellam,  
Quae posthaec anno fuerat sacra secundo,  
Moenia Coenobii perfecit omnia nostri.*

Et v. 444. sqq. de Oda :

*Et loca, quae generi dono Regis Hludowici  
Possessura quidem proprium suscepit in usum,  
Permittente sua pariter pietate benigna  
Ecclesiae tradi faciebat Gandeshemensi.*

Conf. BODO in Syntagmate p. 484. sqq. T. II. Meibom. p. 706. T. III. Leibnit.

- (n) BODO in Syntagmate Gandersheim, p. 336. T. II. Leibnit. *Margaretha, - Mathildis secunda - Sophia secunda.* Sub unatrum hanc praecedentium castrum Gandesiani oppidi in manus Principum Brunsvicensium pervenisse constat. Sub hac enim Domina Sophia ipsum castrum iam in principum ditione fuisse, eo liquet, quod sub sequente hanc (Iuditta) iam fuit impignoratum, ut in litteris nostris de bonorum in Lutolvesten amissione constat. Vidimus quidem copiale litterarum Gandeshemensis Ecclesiae, ubi de castri invasione agebatur, sed, sub qua abbatissa fuerit, memoria excidit. Id tamen, quod haeret, assignabimus. Multa vi princeps Brunsvicensis sedem sibi locare in oppido laboravit, cui domina tunc abbatissa libertatis suae et proprietatis ius opponendo resistit. Sub Mathilde secunda oppidum ditionis Brunsvicensis esse factum, ex tabulario Abbatiae constat, quod nunc Archium vulgo dicitur.
- (o) BODO I. c. IVDITTA Comitissae de Swalenberge filia nescio quo omine in regimen intromissa, omnium prima se ECCLESIAE SAECULARIS ABBATISSAM scripsit, penitus in exilium vita coenobialis et etiam illius nomine trusa, a. 1334. Eo quidem aetate petierunt et obtinuerunt Abbatissae etiam aliae suffragia publica in comitiis Imperialibus, quibus vel antea caruerant, licet foli Imperio Germanico subfuisent, vel uti non poterant ob turbas interregni Saeculo XIII, et latrocinia.

#### §. XIV.

De tentamine Genealogico Illustrum Virorum G. G. de LEIBNIZ et IOANNIS GEORGII de ECCARD.

Vir Illustris GOTHOFREDVS GVILIELMVS de LEIBNITZ in Introductione ad Tomum I. Collectionis scriptorum historiae Brunsvicensis inseruentium suspicatus est, Egbertum et S. Idam fuisse Ludolfi parentes. Verum insigni cum formidine coniecturam illam proponit, aequae in id propendens, Egbertum fuisse patrum Ludolfi. Accipe suspitionis enarrationem: Vita S. Idae ab Vffingo, Monacho Werthinensi, scripta et a Surio (4. Sept.) primum edita, continet res notatu dignas, de Saxonum duce post Witikindum primo eiusque familia. Ecbertus is fuit, Idae maritus, qui etsi stilo Curiae Comes tantum vocetur, Ducis tamen potestate et apud vulgus nomine, sub Ludouico pio, Saxoniam rexit: ut solebant Dominici Misii: et eius opera Saxones, Transalбини, Caroli Magni antea iussu trans Rhenum exsulantes, in Patriam sunt reducti Albertus Stadenfis, antiquiores secutus -- Wicbertum quemdam Ducem habet et Witikindum filium tribuit, quam vere, non dixerim, neque an nostrum Ecbertum hoc nomine paulum inflexo involuerit. Sane postea Ludolphum Ducem, Henrici aucupis et Ottonum Augustorum progenitorem, successisse in ditiones Ecberti, ex eodem discimus Vffingo. Vnde suspicio est, ab Ecberto descendisse Ludolphum, vel certe eius liberos: per viros, an per feminas, pro certo affirmari non potest. Sane Albertus Stadenfis, eum continua Masculorum serie ex Wicberto, Witikindi filio, ducit. Sed obstat, quod Witikindus, Monachus Corbeiensis, scripsit, coniugem Henrici Aucupis ex stirpe Witikindi Ducis vel Regis descendisse, idem dicitur et de marito, si eam Ludolphi originem novisset -- Dubitationem illam praerupit discipulus et successor IOANNES GEORGIVS ab ECCARD, incomparabilis historicus, fautor singularis, (a) Ludolfo assignans Egbertum avum Idamque tanquam aviam. At paulo post loco gemino (b) Egbertum pro

(a) In Notis ad Vitam Hathumodae Abbatissae p. 29. sqq.

(b) Loco excitato p. 33. et 44.

pro patre Ludolfi habet. Fautor noster eximius D. *CONRADVS BERTHOLDVS BEHRENS* (c) notat hanc contradictionem. Ipse Illustris *ECCARD* eandem notavit et sustulit in lituris MStis, quibus conspicuum est illud exemplar *Quaternionis*, quod bibliothecae Capituli Gandersheimensis donare dignatus est. An sponte sua, an monitu domini *BEHRENS*, ignoro. Huic certe non respondit. Dedit igitur *ECCARD* in curis posterioribus Ludolfo patrem Brunonem, Egbertum auum, Cobbonem proauum. Videtur autem id obstare, quod adlaturus sum. *VFFINGVS*, seu quisquis est auctor libelli de Translatione S. Pusinnae, tradit, (d) Egbertum ex Ida tres liberos suscepisse, Warinum abbatem Corbeiensis, Cobbonem comitem Teklenburgensem et filiam, Hathwigem, Abbatissam Herivordiensem. Multum omnino tribuit Illustris *ECCARDVS* (e) coniecturae Leibnitianae et in ea exornanda multus est. Ludolfum per mares ex Witikindo non descendisse, ex Witichindo probat. Verum obiici posset, eius auctoritate nec per feminas inde fuisse ortum. Ex eodem libello porro docet, (f) Warini *FRATRES* aequae clarissimos viros fuisse, magnis dignitatibus illustres, et apud exteros et apud domesticos, enituisse. Hinc liquido adparet, Warino plures fuisse fratres. Num igitur Cobboni comiti adiungendus est frater Bruno? Id quidem nondum hinc patet. Maior autem verosimilitudo ex eo existit, quod Hirzfeldia, Egberti alodium, hereditaria successione a praeclaro Comite Ludolfo fuerit possessa (g) et posthaec a filio Ottone. (h) Praedium eiusmodi ad Ludolfum non peruenisset, nisi a patre, siquidem Egberto Idaeque heredes masculi non deerant. Accedit quod *AGIVS* narrat

- (c) In hochgemüthigten Schreiben an einen vornehmen Freund, betreffend die neue Genealogische Meinungen Iohannis Georgii von Eccard, p. 8.
- (d) Translatio S. Pusinnae §. 2, p. 182. Tom. I. Leibnit. *Et ut superiora repetamus, quod ex Corbeia Franciae hi duo Monachi et Abbates (Adalhardus et Wala) fuerunt, Corbeiam ad eius similitudinem nominari voluerunt. Quo in Monasterio primus Abbas ab iisdem venerabilibus institutus est VVarinus, nobilissimo genere propagatus: (Fuit enim genitus ECHBERTO clarissimo Comite et Duce: matre splendidissima nomine IDA, iam naturae muneribus quam elegantia morum.) CVIVS fratres adaeque clarissimi viri, magnis dignitatibus illustres et apud exteros et apud domesticos enituerunt. §. 3. Horum ergo nepes, rursus ex eorum sorore genita, patre viro spectabili et valde inclito, ad regimen Herivordensis Monasterii, venerabilis HADVINI, diuino nutu promoti. Erat autem aditus ad ipsum (RE-GEMCAROLVM) sine consanguinitatis gratia, quum ei tertio quartoque cognationis gradu iungeretur, siue quod maiores eius multa familiaritate memorati Principis visi essent, tum etiam quod frater eius, COBBO, in Palatio quotidianis eius adhaerebat obsequiis; et etiam quod pretiosissimis saepe donatus ab eodem fuerat muneribus. Incidunt haec fere in an. 860. uti ex §. 6. p. 182. innotescit. Dedi autem locum integrum, ut docerem, Abbates dictos esse tum temporis venerabiles, quod ipsum ex §. 4. et Actis S. Idae L. II. c. I. itidem patet. Innotescit inde Egbertus, Ida, filius Warinus et alter Cobbo, eorumque ex sorore neptis Hathuin, seu Hadwit. Particula CVIVS in §. 2. est ad Warinum referenda, non ad parentes Egbertum ac Idam. Alias scribendum fuisset: QVORVM. Idem comprobo ex paragrapho sequenti. Ita enim dilucet, parenthesin esse ponendam ante vocem CVIVS, et Cobbonem non fuisse solum Warini fratrem. Aliter hunc locum intellexit Illustris *GVNDLINGIVS* in libello de *Henrico Aucupe* §. I. p. 6. 7. illud CVIVS ad Idam referens, eique adiungens fratres, adaeque clarissimos viros, Nithardum et Harnidum, Angelberti ex Bertha, Caroli Magni filia, filios.*
- \* Dicitur *HADVVIC* in Diplomate Ludouici a. 866. apud *SCHATENIVM* Annal. Paderborn, P. I. L. III. ad a. 866. p. 160. et in alio Diplomate ad a. 865. p. 157.
- (e) Tam in Diplomate Caroli Imperatoris de scholis Osnabrugensis Ecclesiae Graecis et Latinis critice expenso a. 1717. 4. p. 25. quam in Notis ad Vitam Hathumodae Abbatissae, ab Agio scriptam p. 28. 29. 199.
- (f) In Notis ad Agium p. 31. ubi vocem CVIVS itidem ad Warinum refert. Hic dicitur *venerabilis Abbas* in Diplom. Ludouici ad a. 855. apud *SCHATENIVM* Annal. Paderborn, P. I. L. II. p. 144.
- (g) *VFFINGVS* in Actis S. Idae L. I. c. 9. p. 174. *Post haec quum ipse locus (iuxta Lupiam, Hirzfeld c. 3. p. 172. prope Monasterium in Westphalia) ab aliis HEREDITARIA SVCCESIONE POSSIDERETVR, et ob praesidentium incuriam vilitatibus obsolescere coepisset, continuo benignus Dominus sanctae familiae suae merita Idae, ad castigationem improborum, terribili patefecit euentu. Nam PRAECLARI COMITIS LVDOLPHI amabilis soboles, dum adhuc in albis ab ipsa luce raperetur, ad eandem ecclesiam defertur. Et quia sanctae Dei opinio nec dum in aperto emicuit, penes eam pusionem sepelierunt, qui die sequenti de tumulo extractus, (a Monachis puta) ante ianuam vestibuli inuenitur, in quo erat inclusus. Auctor designat, negligentiam possessoris hereditarii diuinitus esse mulctatam, vii adpareat ex obitu filii pusilli eiusque de sepulcro extractione. Ludolphus igitur possedit per hereditatem locum illum Hirzfeld.*
- (h) *VFFINGVS* in Actis S. Idae Ducissae L. II. c. 1. p. 178. *Ex quo enim preciosus inibi thesaurus recondebatur, usque ad venerandi nostri patris HOGERI tempora, sub rege Arnulpho locus ille sursi fuit adductus EXCELLENTISSIMI DVICIS OTTONIS, qui huius Serenissimi Ottonis existit proauus, a quo idem Venerabilis Abbas ipsam regiam curtem, aliis repensu possessionibus iuxta legalem cambiebat ritum, ac deinceps in nostri conuentus proprietate, id est, S. Ludgeri perpetuo usque in praesens cernitur perdurare.*

unsuicenti,  
Abbatissa  
in feudum  
Ludolfus igitur  
quibus coe-  
excellenter  
An autem  
nitius venti-

Secunda - So-  
nepum Brun-  
cipam ditione  
nostri de bo-  
nsi Ecclesiae,  
en, quod haec  
is, cui domina  
nda oppidum  
hium vulgo

issa, omnium  
nobis et et-  
tiam aliae fut-  
ermanico sub-

VNS

ductione ad  
Egbertum  
uram illam  
pe suspicio-  
io (4. Sept.)  
iusque fami-  
tamen pote-  
i Missi: et  
in Patriam  
abec et Wi-  
paulum in-  
torum proge-  
ab Eberto  
firmari non  
ndi filio, de-  
Aucupis ex  
pbi originem  
GEORGI-  
adignans  
Egbertum  
pro

narrat (i) venerabilem Hathumodae decumbenti adfuisse amitam, iam grandaeuam et senio confectam. Venerabiles tum vacabantur episcopi, abbates et abbatissae. Dum autem in tractu Gandesiae proximo abbatissa non fuit praeterquam Heriuordiae, ergo largiendum est, Addilam fuisse illam amitam eamque Ludolfi sororem. At Addila Egberti fuit filia, (k) ergo Ludolfus Addilae frater fuit Egberti filius. Verum hoc nolebat *ECCARDVS*, siquidem emendatio tabularum MStae et textus impressus pro patre Brunone pugnat, et pro auo Egberto. Tantum hinc discere libuit, quantum pro eruenda veritatis luce pleniori adferri potuit. Felix est error, qui veritatem profert.

## §. XV.

(i) In Vita Hathumodae Abbatissae c. 6. p. 9. 10. *Primo omnium VENERABILIS AMITA EIVS, quamuis iam grandaeua et senio confecta, quantum dolor eam adesse permittebat, ei (Hathumodae) indefesse adfistebat.*

(k) *EGILMARVS* Episcopus Osnabrugensis in Querela, cuius Excerpta *ERTVVINVS ERDMANNVS* in Chronico Osnabrugensi conseruauit, *Warini fratrem Cobbonem et sororem*, cuius nomen non addit, *ABBATISSAM HERIVORDIENSEM* nominat, his verbis: *Quidam Comes ditissimus COBBO, fidelis illius Imperatoris LVDOWICI (Pii) de praedictae Ecclesiae Osnabrugensis Episcopo, quidquid uoluit agere, adeptus, germano eius (suo) nomine VVERIN in monasterio Huxariensi tunc temporis Abbate, et SORORE eius in puellarum coenobio HERVORDENSI ABBATISSA de gentibus, quantum uoluit de decimis, quae ad eundem Episcopum pertinebant, tradidit ad eadem Monasteria. Dicitur autem Abbatissa illa ADDILA in Diplomate Ludouici Germanici ad a. 853. apud SCHATENIUM in Annal. Paderborn. P. I. L. II. p. 141. ad a. 853. \* quod sic inchoatur: In nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis, Hludonicus diuina fauente gratia Rex, Si petitiones seruorum Dei iustas et rationabiles ad effectum perduxerimus, et ad humanam uitam feliciter transigendam et perpetuam feliciter promerendam, procul dubio nobis profuturum speramus. Quapropter notum esse volumus, quomodo VENERABILIS ABBAS VVARINVS adit Excellentiam nostram, suppliciter orans, ut nostra munificentia prospiceremus Monasteriis illi commissis, quorum unum est monachorum noua Corbeia nominatum, ubi et ille primum regulari electione Abbas existit, et alterum est sanctimonialium HERIFORDT dictum et propriae Abbatissae, cuius nomen ADDILA, subiectum, sed iuxta consuetudinem, quod ancillarum Dei congregationibus procurari solent praepositi ex Ecclesiastico ordine, iam dicto Abbati commendauimus, ut tam in disciplina Abbatissam iuuare, quam in cunctis negotiis, quae famulae Christi pro sexu et professione sua exsequi non possent, ipsarum prouisor et patronus existeret. Hunc Warinum Abbatem uocat Ludouicus Pins in alio Diplomate ad a. 844. dilectum et propinquum nostrum, Ibidem L. II. p. 128. Eodem encomio adficatur ab Imperatore in alio Diplomate ad a. 838. p. 117. \*\* Apud eundem ad a. 838. p. 115. occurrit Ludouici Pii diploma, plenum liberalitate in Heriuordienfes uirgines, quarum Abbatissa dicitur VENERABILIS TETTA ABBATISSA. Ab hoc Warino Corbeienfi, qui circa a. 832. iam Adalardo Corbeiae in abbatis dignitate fuit substitutus, differt alius VVARINVS comes, cuius Ludouicus Germanicus in diplomate, dato Abbatissae Heriuordienfi HADEVVIC, mentionem facit ad a. 865. dum dicit sese coenobio Heriuordienfi tradere quasdam res proprietatis suae in pagis Dreini et Boroetra, et in COMITATIBVS Burchardi et VVARINI \*\*\* coniacentes, id est, casas dominicas duas cum territorio dominicali, unam scilicet in Seliheim et alteram in Srockheim, SCHATENIUS l. c. L. III. p. 157. Addila igitur fuit Abbatissa Heriuordienfis tempore Warini Abbatis Corbeienfis. Fuit et soror. Cobbo autem fuit frater. At uero Warinus Abbas fuit filius Echberti et Idae, not. (d) Quare Addila fuit Egberti filia. Recordare, obsecro, ex *AGII* Vita Hathumodae c. 9. p. 12. Hathumodam fuisse mortuam in Brunteshusen a. 874. tertio Kalendas Decembris. VENERABILIS igitur amita eius grandaeua fuit Abbatissa, uti elogium indicat. Sed coenobium in proximo non erat, nisi Herifordienfe. Ludolfi igitur soror, amita Hathumodae, fuit Abbatissa Herifordienfis. Fuit eadem Warini Abbatis soror. Fuit eadem Egberti filia. Ergo Ludolfus fuit Egberti filius, quod ipsum iam ex hereditaria possessione in Hirutfeld patet. Distingendum etiam est inter Cobbonem Warini fratrem, Abbatis, inquam, Corbeienfis, et Cobbonem comitem, fratrem Hathwigis, Abbatissae Heriuordienfis. Vidit hoc Illustris *LEIBNITIVS* in *Erratis aliquibus seruis notatis*, quae indici generali sub calcem Tomi III. p. 245. subiecta sunt. Hic ita: *Idae filium nominat translationis Pufinnae scriptor, qui et Hadwidem VVarini natam facit, eique Cobbonem fratrem adtribuit. Sed EGILMARVS Episcopus Osnabrugensis in querimonia apud Erdmannum Warino tribuit fratres Cobbonem, sororem Abbatissam Heriuordiensem. Conciliabit, si Addam Abbatissam Warini et Cobbonis sororem ponas, eorumque sorore alia natos alium Cobbonem et Hedwigem, quae Addae successit. Porro Cobbo ille prior magnae sub Ludouico Germanico per totam Saxoniam auctoritas fuit. Patrem Hadwigis uocat AVCTOR TRANSLATIONIS S. PVSINNAE §. 3. p. 182. uirum spectabilem et ualde inclitum. Comitum Warinum in tractu Westphalico ad Heruordiam, aequalem aetate Hadwigis Abbatissae Heriuordienfi, paullo ante indicauit. Nomen et dignitas ita ferunt, ut Leibnitio sit adfentiendum, praecipue quum e comitatu suo liberaliter dotauit Herifordiensem Hathwigis Abbatiam et conuentum coenobiale. Sed apud auctorem libelli de translatione S. Pufinnae illud non inuenio, quod tradit Leibnitius. Dum igitur cogitate iudicium illud de Warino, Hathwigis patre, rulit, id nitetur MSto, ut suspicandum sit, in impressa illa translatione §. 3. p. 182. excidisse nomen Warini. Nil tamen emendauit *LEIBNITIVS* in *erratis* p. 248. ad Tomum III.**

\* Idem exhibet Diploma *MABILLONIVS* Saec. IV. Benedictino T. I. p. 526. sq.

\*\* Conf. Diploma ad a. 832. p. 90. ubi quoque dicitur *primus substitutus Abbas.*

\*\*\* Dicitur hic ipse Warinus comes nobilissimus, qui cum aliis corpus S. Nazarii ad Laurisbamenfe monasterium tulerit. *CHRONICON LAVRISHAMENSE* p. 58. T. I. Freheri.



## §. XV.

*Sententia nostra de stemmate Ludolfino.*

Ecquid tandem sentiendum mihi erit? Liceat libere profiteri rationes iudicii cum iudicio ipso de genealogia Ludolfi. An virgulam censoriam mihi adrogo in viros celeberrimos? Nequaquam. Adferam ea, in quae non incidissem, nisi coryphaeos historicos, quorum mentio paullo ante facta est, legere et evoluere fuisset datum. Pater *LUDOLFI* fuit *EGBERTVS*, Echbertus, Wigbertus, Wichbertus. Nam tenuit possessione hereditaria Hirzfeldiam ad flumen Lupiae. Praedium hoc rursus a Ludolfo patre ad filium Ottonem per hereditatem transit. (a) Ergo masculino sexui solebat dari seu relinqui. Erant enim Ludolfo filiae pariter ac filii. Nec carebat Egbertus filiis. Nominatim ab *Vffingo* recensentur Cobbo et Warinus. Auctor libelli de translatione *S. Pusinnae* addit sororem, ex qua Hathwig, Abbatissa Heriuordienfis, nata fuit. Quomodo igitur Ludolfus hereditatem Hirzfeldiae adire potuit, nisi fuit filius? Ad filias non deuoluebatur ea possessio. Fac tamen, ita vsu venisse. Oda profecto non erat ex Saxonia occidentali, sed ex Francia, Billungi et Aedae filia. Warinus, Egberti filius, vixit vltra annum 853. *CHRONICON CORBEIENSE* (b) eum triginta annis praefuisse notat, 4. menses, dies 25. et obiisse ad XII. Kalend. Octobr. Ergo vitam prorogavit ad annum 856. et quod excurrit. Restat igitur, vt Ludolfus hereditatem Hirzfeldiae nullo iure adire potuerit, nisi fuerit Egberti filius. Accedit quod amita Hathumoda fuerit pro frequentiori scriptura sui aevi dicta *Venerabilis*, i. e. Abbatissa. Non erat eiusmodi aliqua nisi Heriuordiae, vbi ad morem virginum sacrarum Suesfionensium Ludouicus Pius condiderat coenobium. Huc missa fuerat a parentibus in tenerima aetate *HATHUMODA*, Ludolfi filia. Vnde patet, non fuisse aliud eius dignitatis ac speciei coenobium in Saxonia, aut sanguinis coniuncti in eo rationem fuisse habitam. Illud ex monumentis litterarum firmatur; hoc ex eodem comprobato efficitur. Fuit igitur *ADDILA*, Abbatissa Heriuordienfis, Ludolfi soror. Fuit eadem Warini abbatis Corbeiensis soror. Hic autem ab *Vffingo* dicitur fuisse Egberti et Idae filius. Quare Ludolfus etiam erit Egberti filius. Addo famam illam satis tritam penes scriptores saeculi XIII. et aetatis secutae, quae Wigbertum pro patre Ludolfi reputat. Quantum Egbertus et Wigbertus differant, notitia antiquae linguae theotisca quemuis addocet. *VFFINGVS* Echbertum vocat et scribit, quod citra controuersiam est ex *wich* et *wert* factum. Ida proinde fuit mater Ludolfi, matrona et virtute et genere clarissima. *EXCERPTVM* ex Necrologio Monasterii Werdinensis T. III. p. 748. *Idae viduae* annum emortualem tacet, diem indicat obitus ad VI. Kal. Decembr.

(a) *VFFINGVS* in Actis Idae L. II. c. 1. p. 178. *VITA MATHILDIS REGINAE* c. 1. p. 194. docet, *Ottone* misisse unico die filium Henricum, Aucupem vulgo dictum, Heruordiam ad Mathildin videndam, filiam Thietericus in occidentali regione Comitum, et Reinhildae Danorum Fresonumque germine procreatae. Subiicit *LEIBNITIVS* in Nota T. I. p. 178. Ergo in vicinia erat Dux Otto, nam et Ludolfus pater eius illic ditiones habebat, vti adparet ex *Vita S. Idae*.

(b) T. I. Meibom. p. 755. *Dn. Warinus Abbas praefuit annis XXX, mens. XL. diebus XXV. obiit 12. Kalend. Octobr. SCHATENIVS* mortem eius ad annum Christi 856. figit. P. I. L. II. Annal. Paderborn. p. 146. *Demum et ipse VVARINVS, primus Corbeiensium abbas, alterque post Adelhardum conditor, postquam triginta annis et quatuor mensibus monasterium administrasset, VI. Cal. Octobr. ad immortalē vitam transit. Vir ex illustri Francorum comitum familia ortus, doctrina, sapientia, disciplina monastica, fervore religionis, et vitae integritate inter sanctissimos eius saeculi Praesides numerandus; quibus quum sibi Ludouicum Pium Imperatorem, Ludouicum Regem Germaniae, ceterosque regios fratres intime demereret, Corbeiam horum donationibus bonisque ita auxit, vt ex inope coenobio Episcopi patrimonium reliquerit.* Sed anno 825. Watinum iam fuisse Abbatem, Adelhardo substitutum, nondum inuenire licuit. Annales initium huius Abbatis ponunt in a. 826. mortem in a. 856. *ANNAL. CORBEI.* p. 296. 97.

## §. XVI.

*Egbertus, comes Saxoniae occidentalis, et Ida fuerunt parentes Ludolfi, quorum simul vita enarratur.*

Dabimus igitur vitam Egberti et vxoris Idae. Non abs re facturum me credo, si pauca de ceteris Egberti, praeter Ludolfum, liberis subnectam. *VFFINGVS* Monachus Werthinensis vitam et acta Idae anno 980. conscripsit. (a) Hic refert, (b) Carolo M. regnante expeditionem exercitus in Occidentem propter Galliarum seditionem fuisse

(a) Vide G. G. *LEIBNITIVM* in Introd. ad T. I. Art. 8. 9.

(b) *VFFINGVS* in *ACTIS IDAE* L. I. c. 1. 2. p. 172.

daeuam et  
flae. Dum  
rdiae, ergo  
At Adila  
rum hoc no-  
us pro patre  
n pro eruen-  
ert.

## §. XV.

AEDVS, quam-  
todae) indefesse

DMANNVS in  
men non addit,  
COBBO, fidelis  
quidquid voluit  
e temporis Abba-  
t, quantum vo-  
fferis. Dicitur  
HATHENIVM in  
indivisa Tribu-  
bles ad effectum  
ndam. procul du-  
S ABBAS VVA-  
remus Monaste-  
rium regulari  
Abbatissae, cuius  
atunibus procu-  
m in disciplina  
one sua exsequi  
Ludouicus Pius  
Eodem encomio  
a. 838. p. 115.  
arum Abbatissa  
nli, qui circa a.  
VINVS comes,  
VIC, mentio-  
proprietatis sua  
17\*\*\* conuincit,  
era et alteram in  
tenis tempore Wa-  
r Abbas fuit filius  
VII Vita Hathu-  
Calendas Decem-  
Sed coenobium  
fuit Abbatissa He-  
sus fuit Egberti fi-  
m etiam est inter  
fratrem Hathwi-  
us serius notat,  
memorat transla-  
torem adtribuit,  
no tribuit fratri  
us et Cobboni ser-  
e, Perro Cobbo ille  
Hadwigis vocit  
de archyuum, Co-  
Abbatissae Heri-  
tiendum, praeci-  
t conuentum coe-  
nod tradit Leib-  
iterur MSto, v. l.  
Nil tamen emen-

ariabamle mo-

directam, interque alios proceres Orientis, siue cis Rhenum constitutos, praefectum Echbertum aduenisse, qui, quum in morbum grauissimum incidisset, commendatus fuerit ab Imperatore cuidam de suis summis ipsius loci primatibus, atque Echbertum huius sui hospitis filiam unicam in uxorem tunc legisse. Addit idem, Imperatorem has nuptias adprobasse, Egbertoque in eisdem partibus multas possessiones de publico, quatenus viciniore potentia soceris acceptior factus, non minori apud illos, quam in genitrali solo, praecelleret dignitate; insuper eum etiam cunctis Saxonibus, qui inter Rhenum et Visurgim inhabitant, Ducem praefecisse. Annus nuptialis conligi potest ex seditione illa Galliarum. Nam ea aut Brittonum aut Hardradi fuit. Haec secundum Annales Francicos (c) et Poëtam Saxonem (d) contigit anno 785; illa autem a. 786. (e) *VFFINGVS* Idae patrem in summis Franciae occidentalis primatibus collocat. Quum igitur id temporis *ANGILBERTVS*, Caroli Magni gener, primas Capellanorum et administer intimus (f) esset, Celeberr. *GVNDLINGIVS* per illum de suis summis ipsius loci primatibus Angilbertum *Abbatem et ministrum Capellae* (g) intelligit. Ida certe ex Gallia erat, inde enim aduenerat Bertgerum, (h) summo inter suos loco nata, et tempore regis Caroli clara, (i) ex regali genere sanctarum virginum Odiliae et Gertrudis filiae sancti Pipini. Angilbertus autem ex Bertha Caroli M. filia genuit Harnidum et Nithardum. (k) Si igitur illud quoque in censum veniat, quod translationis Pufinnae scriptor, Hadwigem, Abbatissam Heriuordiensem, cum Carolo Caluo in tertio quartoque gradu coniunctam, adfirmet; (l) tum suspicio *GVNDLINGII* red-

(c) *ANNALES FVLDENSIS* T. I. Freheri p. 7. ad a. 785. *Witukind Saxo Atiniaci ad fidem Carli uenit, et baptizatus est, et Saxonia tota subacta coniuratio Orientalium Francorum, quae uocatur HARTRÄT, contra Regem exorta, et cito compressa est.*

(d) *POETA SAXO* ad a. 785. p. 134.

*Interea quidam coniurauere maligni,  
Ve dirum facinus scelerato corde patrarent,  
Vel ferro regem, vel qualibet arte necando.  
Criminis inceptor Hardradus tunc Comes huius  
Exstiterat. Sed ut indicio delata fideli  
Factio saeua fuit, statim sedata quiescit,  
Ingens valde foret licet et nimis acriter orta,  
Auctores eius priuari lumine quosdam  
Exilio reliquos damnari iusserat ipse  
Rex summe prudens, cuius clementia nulli  
Reddiderat dignam tali pro crimine poenam.*

*EGINHARDVS* c. XX. *FRAGMENTVM ANNALIVM CHRONICO NIBELVNGI SVBIECTVM* ad a. 786. p. 22. T. II. du Chesniano.

(e) *ANNALES FVLDENSIS* ad a. 786. p. 7. *CARLVS* per Autulfum Sencalcum misso exercitu Britones domuit. *POETA SAXO* ad c. a. p. 134.

(f) *ARIVLFVS MONACHVS* apud *MABILLONIVM* Sacc. IV. Benedict. P. I. vocat Angilbertum primatem Capellanorum.


(g) Hadrianus Pontifex cum vocat *Abbatem et ministrum Capellae*, qui paene ab ipsi infantiae rudimentis in palatio uestro enutritus est et in omnibus consiliis uestris receptus, Conf. *GVNDLINGIVS* in libello de *Henrico Aucupe* §. I. p. 6.

(h) *VFFINGVS* in *ACTIS IDAE* L. II. c. 8. p. 174.

(i) Idem in Prologo p. 171.

(k) *NITHARDVS* L. IV. *Historiae* p. 107. edit. Kulpis. *Fuit hic vir (Angilbertus) ortus eo in tempore haud ignotae familiae. Madhelgandus autem, Richardus et hic ex una progense fuere: et apud magnam Carolum merito magni habebantur. Qui ex eiusdem magni regis filia nomine Bertha Harnidum fratrem meum et me Nithardum genuit.*


(l) *TRANSLATIO S. PVSINNAE* §. 3. p. 182. T. I. Leibnit. Vnde eiusmodi emergit Schema genealogicum:



redditur probabilissima. (m) Profert tamen coniecturam aliam Illustris IOANNES GEORGIUS ab ECKART (n) et tertium quartumque illum gradum, quo Hedewig Carolum Caluum contingebat, non refert ad Carolum Magnum, sed ad Hedewigen seu Hegilwich, vxorem Welfi Ducis et posthaec Abbatissam Kalensem, matrem Iudithae vxoris Ludouici Pii posterioris auiamque Caroli Calui. Ita emergit gradus tertius cognationis ex parte Caroli Calui. Vt autem gradus quartus respectu Hedwigis prodeat, Hedewigen illam, Iudithae matrem, reddit sororem Egberti, filiamque Brunonis Angariae Principis. Praeterea Idam habet pro filia Theodradae, vxoris Theoderici Ducis. Sed vnica illa in demonstrationem duntaxat adducitur ratio: Egbertus in eisdem partibus, quibus praefectus erat Theodericus, postea egit, ergo Egberti fuit filius. (o) Vndenam autem euincitur, Hegilwigem fuisse Egberti sororem? *THEGANVS* in medium adfertur, (p) qui, matrem Iudithae nobilissimi fuisse generis Saxonici, memoriae prodidit. Si plura accedant, cuique licet esse tam lynceo, vt argumenti neruum peruidere queat. Redeundum est ad Egbertum. Tenuit ille Hirzfeldiam prope Monasterium ad Lupiam, et in templo ibi sepultus est. (q) Annus emortualis ab Vffingo perscriptus non est. Ad acta sagata refero negotia potissimum duo. *Egbertus enim comes* anno 809, missus est a Carolo Magno aduersus Danos ad constituendam ciuitatem iuxta ripam Sturiae fluminis, vocatam *Eselfeld*. (r.) Idem anno 811. Saxonas in Galliam olim translatus reduxit in patriam, et in pactione cum Hemmingo, Danorum rege, ad Eideram nomine regis Francorum iurauit. (s) IDA marito fuit superstes, reliquo vitae tempore virtutibus clara, et ab excessu miraculis, vt tum ferebant tempora, illustrata, quibus recensendis fingendisue *VFFINGVS* operam addixit permultam et iusto fere copiosorem. (t)

§. XVII.

(m) In Notis ad Vitam Hathumodae, ab Agio scriptam p. 33. Schema est tale:  
Bruno Angariae Princeps




- (o) Ibidem p. 30. Vbi potestatem praecipue exercuit Theodericus, ibi mox Ecbertus Idae maritus compareret. Hic ergo Theodericus pater Idae necessario constituendus est.
- (p) *THEGANVS* c. 26. sequenti anno accepit (Ludouicus Pius) filiam Welfi Ducis, qui erat de nobilissima stirpe Bauarorum et nomen virginis Iudith, quae erat ex parte matris nobilissimi generis Saxonici, eamque Reginam constituit.
- (q) *VFFINGVS* in Actis Idae L. I. c. 3. p. 173. Ad illustrem Idae virum Egbertum praedia nonnulla respiciant in pago Dreni in Lupiae fluminis ripa. Additur, ibi Idam frequenter fuisse commorantem, Conf. L. I. c. 9. Sepulcrum eius in ecclesia Hirzfeld memoratur L. I. c. 5. p. 173. hunc in modum: Non paucis posthaec annis elapsi, militiae suae penso expleto, Dominus EGBERTVS, vir in Christo honorandus, humanis rebus excipitur, cuius spiritus mox coelorum palatinas sedes beatus hospes promeruit obtinere. - In praefatae ecclesiae (Hirzfeld) plaga meridiana - ubi dominus EGBERTVS laudandae memoriae pausat.
- (r) *ADELVS* ad a. 809. p. 411. Imperator, postquam locum Ciuitati construendae fuerat exploratus, Egbertum Comitem huic negotio exsequendo praeficiens, Albim transicere et locum occupare iussit. Est autem locus super ripam Sturiae fluminis, vocabulo *Eselfeld*, et occupatus est ab Egberto et Comitibus Saxonibus, circa Idus Martias et muniti coeptus - - Consentiant *ANNALES REYBERIANI* ad h. a. p. 37. *AVCTOR VITAE CAROLI MAGNI* apud Pithocum p. 274. 275. *REGINO* ad eundem annum.
- (s) Auctor Vitae Caroli M. p. 277. 278. ad a. 811. Conducta inter Imperatorem et Hemmingum, Regem Danorum, Pax, propter hiemis asperitatem, qua inter Partes comitandi via claudebatur, in armis tantum iurata seruatur, donec, redeunte Veris temperie, aperitis viis, congregati sunt, ex utraque parte Francorum et Danorum, duodecim Primores, ex utraque parte super fluuium Egidoram, in loco, qui vocatur NB. datis vicissim, secundum ritum ac morem suum, Sacramentis, Pacem firmauerunt. Primores de parte Francorum hi fuerunt: Wala Comes, filius Bernardi; Burchardus Comes; Vurocus Comes; Vodo Comes; Bernardus Comes; EGBERTVS Comes; Theodericus Comes; Abo Comes; Osdag Comes; Wigman Comes. - *ANNALES FRANCORVM REYBERIANI* ad a. 811. p. 38. 39. *ADELVS* ad a. 811. p. 413. Indubie aliis etiam actionibus, Saxonum nomine gestis, interfuit Egbertus, in quarum enarratione equidem nulla fit luculenta Egberti mentio, quasque per annos digerit *PFFINGVS* in Vitulario illustrata T. II. ad L. I. Tit. XVI. p. 91.
- (t) *VFFINGVS* in Actis S. Idae L. I. c. 5. 6. 7. fgg. p. 173.

## §. XVII.

De Ludolfi fratribus ac sororibus.

Si Ludolfus fuit Egberti filius (§. 15.) fratres fuit nactus Warinum Abbatem Corbeiensem, Cobbonem comitem, et Abbatissam Heriuordiensem Addilam seu Addam. An sorore praeterea fuerit praeditus, disquiri potest. Ipse *WARINVS* Ecberti, clarissimi Comitis ac Ducis, matrisque Splendidissimae erat filius. Suscepit praeceptores Adalardum et Walam, viros venerabiles, in coenobio Corbeiae in Gallia. (a) Adalardus erat genere nobilis et olim e consiliariis Imperatoris Ludouici Pii, (b) sed ad tempus, substituto alio Adelardo, in exilium missus. (c) Quum reuocaretur a Caesare ad

- (a) *TRANSLATIO S. PVSINNAE* §. 2. p. 182. Tom. I. Leibnit. Et ut superiora repetamus, quod ex Corbeia Franciae hi duo Monachi et Abbates (Adalardus et Wala) fuerunt, Corbeiam ad eius similitudinem nominari voluerunt. Quo in monasterio primus Abbas ab eisdem venerabilibus institutus est Warinus, nobilissimo genere propagatus. Fuit enim genitus Ecberto clarissimo Comite ac Duce, matre splendidissima, nomine Ida- *IOANNES LEZNERVS* \* in Hiltoria Ludouici Pii, Warinum facit Pipini ex filia, Caroli M. ex sorore nepotem, adducens auctoritatem Paschafii Ratberti. Eius schema genealogicum adducit *MEIBOMIVS* in Notis ad L. III. Annal. Witichindi p. 694. sed error patet ex loco ante proposito. Schema potius ita est instituendum:



*BOVO* Abbas Corbeienfis † 916.

Conf. *WITICHINDVS* Annal. L. III. p. 651. T. III. Meibom. *AVCTOR* de *TRANSLATIONE S. VITI* p. 766. Erat eodem tempore in Corbeienfi monasterio quidam adolescens monachus, qui ex nobilissimo Francorum atque Saxonum genere fuerat ortus, nomine Warinus.

- \* *ANNALES ANTIQVI* Corbeiae Saxonicae ad a. 826. p. 296. T. I. Leibnit. *ADELARTVS* noster obiit in bona senectute. Succedit frater eius *WERINVS*, nobilis Francus. Errorem notat *LEIBNITIVS*. Frater tamen dici potuit focius in Monachorum ordinis.

- (b) *AVCTOR* de *TRANSLATIONE S. VITI* p. 764. Erat eodem tempore in praefato monasterio (Corbeiae) abba, vir vitae venerabilis, meritoque eximius, *ADALHARDVS* nomine, nobilis genere, sed nobilior fide, feruens in disciplina, plenus caritate, studiosus in lege diuina et plenus discretione. Hic quum esset inter primores palatii atque consiliarius regis, scilicet quia erat consanguineus eiusdem, voluntas supra dicti *REGIS* (Ludouici Pii) ei minime abscondi potuit. Schema eius genealogicum est hoc:

Aldana, generosa et nobilissima Comitissa,

|  
Theodericus nobilis magnusque consul.  
Vxor Aldana. Vterque ex stirpe regia.

|  
Wilhelmus, Comes Tholosanus conditor  
coenobii Briudae.

<i>BERNHARDVS</i> Gavaelinus, dux septimaniae, di- ctus <i>NASO</i> .	Heribertus excoecatus a. 830.	Gerbirga. Vx. Arsenii Wala, qui erat frater Adelhardi.
---	-------------------------------------	--

Pipinus Caroli M.  
pater.

|  
N. Vxor N.

Wala, † 835. Annal. Cor- bej.	Adelhardus con- ditor Corbeii cœ- nobii in Gallia, et deij in Ger- mania, † 826.
---	---

Bernhardi genealogia discitur ex testamento Wilhelmi apud *MABILLONIVM* saeculo IV. Benedictino P. I. p. 88. et *AVCTORE VITAE S. GVILIELMI* §. III. XXV. et ipso *MABILLONIO* l. c. p. 88. 89. Walam duxisse filiam Wilhelmi, Bernardi sororem, in matrimonium, refert *PASCHASIVS RATBERTVS* in Vita Wala L. II. c. 8. p. 497. 498. qui ipse docet, Walam et Adelhardum vsos esse Pipino avo.

- (c) *TRANSLATIO S. VITI* p. 765. Ludovicus autem, qui usquequaque Wasconum regnum tenuit, super omne Francorum regnum est sublimatus. Tunc accesserunt ad eum viri pestilentes et accusauerunt venerabilem Adalardum, ut eiecerunt eum de honore suo absque culpa et exiliauerunt sine causa. Interea vero

dignitatem locumque priorem a. 823. fratrem adduxit Walam seu Walonem. (d) In turbis, Ludeuico Pio ob uxorem alteram Juditham concitatis, crebrum est Walae nomen, ex inuidia, opinor, domestica et arrogancia sacra. Nam ferre non poterat, *BERNHARDVM*, suum olim generum tantum penes *IVDITHAM* valere, (e) et rebus sacris administrandis ac dirigendis consilia interponere. Ad haec erat tam sacer, vt *LVDVICVM PIVM* de gradu fastigii Imperatorii deiiceret, simulans quamuis fidem et obedientiam. (f) Quare factum est, vt a *LVDVICO* restituto in exsilium ageretur, tandemque, vt priuatus viueret, Corbeiam remitteretur. Quum turbae aduersus Imperatorem ab integro exardescerent, Gregorius IV. Pontifex Romanus in Germaniam venit et Walam ad sese arcessiuit, (g) quasi *LVDVICVM PIVM* cum filiis tumultuantibus compositurus, (h) re vera vt ex imbecillitate domus augustissimae intime perspecta proficeret. (i) Vitam Walae ex professo scripsit *RATBERTVS*. Anno 823. Wala successit Adelardo, refragantibus licet Monachis Germanicis, qui haud ignorabant, Adelardo placuisse, Warinum, sese defuncto, eligi in Abbatem. (k) Quum autem Wala a. 830 in exsilium eiiceretur, *WARINVS* ad plenum dignitatis expetitae fastigium peruenit. (l) Ante hunc annum Wala non potuit expelli, siquidem Imperator *LVDVICVS PIVS* demum circa Kalendas Octobris in comitiis Nouiomagensibus auctoritati ac clauo imperii fuit restitutus. (m) Quum igitur per annos XXX. abbas exstitit ab a. 826. in coenobio Corbeiae nouae, prorsus obscurum non est, eum ante annum 856. \* die suo functum haud esse. Sub initium doctrinis, tum vulgo doceri solitis, mirifice delectabatur *WARINVS*: (n) inde ad militiam adpellebat animum: (o) tandem nuptias agitabat, (p) quas tamen, nescio qua mutationis procliuitate in cupiditatem vitae coenobialis conuertebat. Insignibus beneficiis et praediis eum locupletasse Corbeiensis coenobium, supra a me commemoratum memini. Warini frater erat *COBBO*, (q) quem *ALTFRIDVS* (r) *venerabilem comitem* vocat. Ex vtriusque sorore *COBBO IVNIOR* et *HADWIGIS*, Abbatissa posthaec Heriuordiensis nati sunt. (s) *ADDILAM*, Abbatissam Herivordiensis, fuisse aequae sororem Warini et Ludolfi, su-

pra

vero Ludouicus Imperator iussit, vt Corbeiensis monachi alium de suis abbatem sibi eligerent. Illi vero tandem post moestitiam consolati, elegerunt sibi eiusdem nominis virum aequae sanctissimum. Haec de Corbeio in Gallia sunt intelligenda. Nam a. 815. demum Paderbornae consultatio fuit agitata de condendo monasterio in Saxonia. *ANNALES CORBEIENSES* ada. 816. p. 296. T. I. Leibnit.

- (d) Ibidem p. 766.  
 (e) *HANNVS* in der *DEUTSCHEN REICHS-HISTORIE* P. I. c. 2. §. 8. p. 118. sqq.  
 (f) *RATBERTVS* in Vita Walae L. II. c. 9. p. 500. c. 10. p. 502. c. 4. p. 508. Rediit Corbeiam, vt priuatus, sed eam, quae in Gallia est sita, vti notat *MABILLON* in Notis ad Translationem S. Viti Saeculo IV. Benedictino P. I. p. 531. lit. d. Originem Corbeiae nouae, accurate, vt solet, persequitur *PAGI* ad a. 822. n. 5. 6.  
 (g) *RATBERTVS* in Vita Walae L. II. c. 14. p. 508.  
 (h) *AVCTOR VITAE LVDVICI PII* p. 399.  
 (i) Id patet ex modo, quo familia augustissima Gregorium excepit, fatis frigido et vili. *RATBERTVS* de Vita Walae L. II. c. 17. p. 514.  
 (k) *AVCTOR* de *TRANSLATIONE S. VITI* p. 766. 767.  
 (l) Ibidem p. 767. *ANNALES BERTINIANI* ad a. 830. referunt depositionem Ludouici primam, & restitutum Imperium.  
 (m) *ANNALES BERTINIANI* ad a. 830.  
 \* Werini mortem ponunt in a. 856. *ANNALES CORBEIENSES* p. 297. T. I. Leibnit.  
 (n) *TRANSLATIO S. VITI* p. 766. fin.  
 (o) *WITICHINDVS* L. III. Annal. p. 651. Sed et ipse nepos erat Warini, qui ex milite factus est Monachus et primus omnium apud nouam Corbeiam regulariter electus est in patrem.  
 (p) *AVCTOR TRANSLATIONIS S. VITI* p. 766. Hic (Warinus) a tanta perfectione coepit, vt, quum esset iuuenis, atque magna potestate praeditus, haberetque sibi desponsatam virginem pulchram atque nobilissimam, et iam iamque inter primos palatii consisteret, elegit potius seruire Domino aeterno, quam regi mortali relictisque omnibus portum monasterii petiit. De Corbeia Gallica haec agunt.  
 (q) *EGILMARVS* Episcopus Osnabrugensis in Querela apud *ERDMANNVM* in Chronica Osnabrugensium p. 200. T. II. Meibom. Quidam Comes altissimus, *COBBO*, fidelis illius Imperatoris Ludouici de praedictae ecclesiae Osnabrugensis Episcopo, quidquid voluit agere, adeptus, germano eius, nomine *WERIN* in monasterio Huxariensi tunc temporis Abbate, et Sorore eius in puellarum coenobio Heruordensi Abbatissa degentibus, quantum voluit de decimis, quae ad eundem Episcopatum pertinebant, tradi fecit ad eadem Monasteria.  
 (r) *ALTFRIDVS* in actis Ludgeri L. III. §. 20. p. 97. Cobbonis venerabilis Comitissae colonus quidam adolescentem filium Warmundum nomine habuit, quem malignus spiritus inuasit - -  
 (s) *AVCTOR* de *TRANSLATIONE S. PVSINNAE* §. 3. p. 182. Horum (Egberti & Warini) ergo nepes, utpote ex eorum sorore genita, patre viro spectabili et valde inclyto, ad regimen Herisfordensis Monasterii promotae -- frater eius *COBBO* in Palatio quotidianis eius (Caroli Calui) aithaerebat obscuriss.

batem Cor-  
 eu Addam.  
 erti, claris-  
 raeceptores  
 (a) Adalar-  
 sed ad tem-  
 Caesare ad  
 di-

quod ex Cor-  
 enis similitudi-  
 nitatis est Wa-  
 ue, matre splen-  
 dit Pipini ex fi-  
 lio generalogio-  
 met ex loco ante

NSLATIONE S.  
 1, qui ex nobilitate  
 TYS uoluerit obire in  
 LEIBNITVS. Fra-

monasterio (Corbe-  
 si genere, sed no-  
 bilitate. Hic  
 eius eiusdem, ro-  
 genealogicum est

Caroli M.  
 ter.

vor N.

ihardus con-  
 Corbeii coe-  
 ii in Gallia,  
 deio in Ger-  
 mania.

826.  
 IV. Benedictino  
 P. I. c. p. 88. 89.  
 ASTVS RATBER-  
 vus esse Pipino

ano tenuit, super  
 arcauauerunt vo-  
 ne causa, Inter a  
 1090

pra ostendi. (t) An autem Addila fuerit primo nupta, dein Heriuordiensibus virginibus sacris praefecta, uti quidem Illustris *ECCARDIVS* (u) coniectat, id est, quod me nescire profiteor. Cobbonem *ERDMANNVS* obiisse a. 883. refert, quod de iuniori capiendum duco. In diplomate Arnulphi Imperatoris ad a. 890. apud *SCHATENIVM* (x) dilecto ac venerabili Comiti *CHOPPO* in loco Pium regiae Hobae XXX. donantur. Interfuit quidam *COBBO* a. 921. pacto Bonnenfi ex parte Henrici Regis, eiusque filius nothus *THIATBOLDVS* (y) in bello Thanemari contra Henricum regem et patrem, ad Heresburg a. 938. interemtus legitur. An Cobbo, seu Choppus ille fuerit filius Cobbonis iunioris, inquiri meretur. Quodnam fuerit nomen matris Hathuigis Abbatissae Heriuordiensis, nondum penitus innotuit. *BODO* memorat, (z) impiam fororem vitae stamina Ludolfo rupisse, cuius nomen non expressit. Verosimile igitur sit, sororem illam, quum praeter necessitatem stirpes multiplicandae a nobis non sint, fuisse Hadwigis Abbatissae matrem.

(t) Ad §. XV. litt. (k)

(u) In Notis ad *AGII* Vitam Hathumodae Abbatissae p. 33.

(x) Annal. Paderborn. P. I. L. III. p. 219.

(y) *WITICHINDVS* Annal. L. II. p. 645. *Quum* (Thanemarus Henrici filius) *ex aduerso telisurgeretur, THIATBOLDVS* quidam nothus *COBBONIS* cum conuictis ei vulnus inflixit, illicoque ab eo recepit, quo vita cum terribili infania in breui caruisset.

(z) *BODO* In Syntagmate T. II. Meibom. p. 483. *Qui magno licet animi desiderio ecclesiam illam atque coenobium* (in Gandersheim) *aedificare coeperat, non tamen perfecit, IMPIA SORORE* illius vitae stamina rumpente.

### §. XVIII.

#### De Ludolfi auo, auia et abauo.

Egberti patrem et matrem, ipsumque auum scire percupimus ad vnum omnes. Investigandum igitur est, qua verosimilitudine illi possint detegi atque ex vltimis recessibus in lucem ab inferis reuocari. Nemo autem maiori cum probabilitate pro Egberti parente reputari potest, quam *BRUNO*, Dux & Comes Angariae, quem memorat *REGINO* (a) ad annum Christi 775. Ut ita suspicemur, impellimur frequentia nominis illius in Ludolfi posteritate recurrentis. Egbertus, filiusque Cobbo et Ludolfus, eisdem in partibus Angariae possederunt praedia sua amplissima. Et cur Ludolfus conderet coenobium ex Brunonis nomine cognominatum, nisi maiorum habuisset rationem? Coenobium certe *Brunshusen*, seu *Brunterhusen*, *Brunesterhusen*, a Ludolfo fuit erectum, antequam monasterium maius in Gandersheim constituere secum agitauerat. *ANNA-LISTA SAXO* ineditus scribit, Ludolfum anno 848. monasterium in *Brunesterhusa* inchoasse. Sed iam anno 852. Hathumoda fuit euecta ad dignitatem Abbatissae in *Brunshusa*, reuersis parentibus Roma. (b) Potissimum argumentum desumo ex relatis ab auctore Chronici Ducum Brunsvicensium rhythmico, (c) in quo ex Annalibus Gandersheimi olim scriptis indicatur, quod a Brunone propagatus sit Ludolfus. Hanc famam *BODO* sequitur et catalogi Abbatissarum antiquissimi.

Haec ex monumentis domesticis repetit *EVERARDVS* Gandersheimii diu versatus, (d) *BO-*

(a) *REGINO* L. II. Chronici ad a. 775. p. 27.

(b) *AGIUS* in Vita Sanctae Hathumodae c. I. p. 4. et c. 9. p. 12.

(c) c. 5. p. 9. T. III. Leibnit.

*Van Gandersheim uns de Kroneke secht,  
Wo dat disse Hertoge gar gerecht,  
Hertogen Wedekindes kunne  
Eyn Forste sint de lif gewonne  
De was Brun genant,  
Ok deit se uns mer bekant,  
Dat van dissen Brune worden geboren.  
Eyn hoger Here uterkoren.  
Ludolf der Forste was genant,*

(d) *BOTHO* Brunsvicensis dudum memoriae prodidit, (e) Brunonem esse progenitorem Ludolfi. Quum autem proximus Ludolfi parens fuerit Egbertus (§. XV.) & Brunonis mentio ad a. 775. in annalibus Loifelianis reliquisque occurrat, quippe qui sese tum Carolo M. submiserit; iudicatu nihil est pronius, quam Brunonem esse Ludolfi progenitorem remotiorem seu auum. Illustris *LEIBNITIVS* (f) summo in loco illud testimonium Chronici Principum Brunsvicensium rhythmici antiqui deputat, *Illud, inquit, solidius et maioris momenti, quod ex antiquo Chronico Gandesheimensi deperdito nos disertè docet, patrem Ludolfi, celeberrimi Ducis, dissimulatum paene ab omnibus scriptoribus, fuisse Brunonem Principem: eumque uxorem de genere Witikindi duxisse, unde natus sit Ludolfus.* Deinde locum illustrat, et ex collatione restituit. Sensus iste tandem prodit: *Gandesheimensis nobis Chronica refert, quod de huius dynastiae familia Princeps quidam filiam Ducis Witikindi amauerit, qui dictus fuerit Bruno, et ab hoc Brunone progenitus sit Ludolfus, dux Saxoniae.* Repeto animaduersionem paullo ante datam de progenitore intelligendo remotiori Hac ratione innotescit vxor Brunonis, *Witickindi* videlicet filia. Quare non dubito, eam esse *HASALAM* seu *GISELAM*, quam *BOITHO* (g) ab Adelingo Saxoniae *BERNONE* (seu Brunone) in matrimonium adscitam esse testatus est. Eiusdem auctoris fide *Witickindo* vxorem *GEVAM* seu *Gerbirgam*, *Sigfridi* Danorum regis filiam, tribuo. A *Witickindo*, a *Brunone*, a *Wichbrechto*, ortum vel oriundum esse Ludolfum, vetustissima, quotquot genealogiam eius recensent paternam, scripta et monumenta docent. Non temere eo audaciae delabendum esse, aequè nouimus omnes, vt famam eiusmodi plane negligamus vel fallacem esse dictitemus. Vereor equidem, ne *Witichindi* auctoritatem mihi opponas, qui *Mathildin* *Henrici Aucupis* vxorem, haud secus ac auctor de *Vita Mathildis reginae*, ex stirpe *Witickindi* ducis *Angariorum* repetit, et de *Henrici* stemmate ad idem punctum reducendo nihil prorsus adiungit. Verum varia queunt ad silentium *Corbeiensis* illius *Monachi* notari. Vnum est, quod *Ludolfi* genus et *Ludouici* iunioris, regis *Germaniae*, vxorem nequaquam nouerit, (§ VIII) quum tamen utriusque aetati propinquior esset quam progenitoribus *Ludolfi*. Deinceps silentium *Witichindi* ita interpretari licet, vt rem minus cognitam, *Mathildis* videlicet natalitios honores, indicare voluerit: causam autem tritissimam eique aeuo ad fastidia vsque exploratam praetermittendam sit arbitratus. Quis praeterea cum aliqua probabilitatis spe contendet, *Witichindo* idem fuisse adfirmandum de *Henrici* progenie ac de prosapia *Mechthildis*? *Mechthildis* per mares ex *Witickindo* in agro *Angarinensi* erat nata. At idem de *Henrico* nec *Witichindus* nec nos adfirmauimus. *Brunonis* tandem pater videtur fuisse *COBBO* vel *COVA*, siquidem is in *Saxonia* veteri religionem christianam, docente *Bonifacio*, suscepit et nomine eo insignitur, quod in *Egberti*, ac *Ludolfi*, progenie est longe frequentissimum. (h) A *Bonifacio* eiusque adfectatoribus *Saxonas* ad *Herciniae* plagam australem pertinentes fuisse apostolicae sedi, vt tunc loquebantur, submissos, luculentissime *Vir summe Venerandus H. P. GVDENIUS* in *Diff. inaugurali* 1720. *Helmstadii* habita ostendit. Sunt equidem scriptores, qui existimant, *Ludolfum* fuisse in superstitione ac simulacrorum cultu exsecrando natum ac educatum.

(i) At

(d) *BOTHO* ad a. 810. p. 292. T. III. *Leibnit.* Vide supra §. IX. litt. m. *EVERARDVS* in carmine Teutonico a. 1216. scripto de fundatione *Gandersheimensi* c. 2. p. 357. edit. *Leuckfeldi.*

Nu Schul gy hören vnde merken rechte  
Von des sülven grotten Heren (Ludolfi) Slechte,  
Also eck wol an der Warheid hebbe bekant  
Von eynen grotten Heren, de was BRVN genant,  
Wart eyn Hertoghe geboren.

(e) *BODO* in *Synt. agm.* p. 480. T. II. *Meibom.* Et quidem fundatori nomen *Lutholphus* fuit, genus autem ex *Saxonum principibus*, quin imo *Saxonum ipse Dux princepsque potentissimus*, utpote cui ex *Witickindo* *Saxonum principe* origo fuit. - - - *Totius itaque Saxoniae dux et Princeps Ludolfus ex patre Brunone* - - -

(f) In *Introductione* ad T. III. p. 3. vbi ostenditur, auctorem *Chronici* illius rhythmici vixisse anno 1279. quum *Albertus I.* seu *Magnus dux Brunsvicensis* moreretur.

(g) Videatur supra §. IX. litt. m.

(h) De *COVA*, qui christianam religionem suscepit suafu *Bonifacii*, testatur epistola *Gregorii Papae* ad *Bonifacium* apud *Wigandum* in *Vita B. Walgeri.* Conf. *ECCARD* ad *Agii Vitam Hathumoda* p. 33. 34.

(i) At vero quis ignorat, Ludolfi aetate omnes iam Saxoniae proceres populosque doctrinae et Christi et Pontificis Romani adhaesisse? Egbertus et Ida Christi doctrinam profitebantur. Abbonem, vnum e primoribus Saxoniae, aequae ac Widekindum, baptismo esse imbutum, memoriae proditum est. De Brunone idem indubie esset consignatum, si eiusdem fuisset conditionis. Vnde potius dilucet, Brunonem sacris Christianis iamtum fuisse addictum.

- (i) Chronica Ducum Brunsvic. apud IOACH. MADERVM p. 2. \* Circa principium conuersionis Saxonum, Ludolfus, Dux Saxoniae, post mortem Karoli annis XL. fundauit Ecclesiam Gandersem, et fidem, quam nouellam adhuc habuit, pijs operibus confirmauit. BOTHO in Chronico picturato ad a. 842. p. 298. T. III. Leibnit. In dessen Jare kam Hertoge Ludeless in Osterfassen vnd wart eyn Hertoge vber alle Sassenlant, un was van Hertoge Vvedekindes Slechte in den andern kny, vnd buwede eyn Closter to Brunteshusen, in de Ere Sante Johannes Baptiste vnd Sante Steffen, vnd satte dar Junckfrewen in dat Closter vnde toch wort na Rome mit syner Ferstinne. Do he to Rome kam, deme Parwese wart ganz leue, do he horde, dat eyn Forste der Sassen dar was gekomen, wente he was de erste van de Bekehrung. cf. LANGIVS T. III. Leibnit. p. 265.

\* T. II. Leibnit. p. 14.

### §. XIX.

#### Educatio Ludolfi et indoles eius saeculi litteraria.

Hisce parentibus maioribusque Ludolfus procreatus, dummodo nostra deductio genealogica alijs probari possit, rudimenta pietatis, litterarum, ac militiae, ab ineunte aetate fideliter solideque excepit. Quid enim virtus, quam vbique ostendit, (a) quid salus aeterna, quam notiores et fide digni scriptores ei tribuunt, (b) aliud docent, ac femina doctrinae optima eidem pie ac diligenter fuisse instillata? Formam decoram corporis, profectus optimos in probitate ac moribus honestissimis, prudentiam in actionibus, et stipendia praemature facta celebrat ac decantat (c) ROSWIDA. Imbutus sane est noster studijs optimis, siquidem principes inferioris amplitudinis ad exempla et genium potentissimorum regum, sibi quodammodo imperantium, sese attemperare solent, vt fauores procerum colligant vel seruent, atque sibi suisque consulant. Carolus enim Magnus et Ludouicus Pius, sub quorum imperio Ludolfus adoleuit, summi erant litterarum cultores ac amici. (d) Praecipue Saxones nonnullos egregie litteris nauasse operam, patet ex exemplis Poetae Saxonis et Eginharti ac Monachorum Corbeiensium. (e) Warinus profecto, Ludolfi frater, optime institutus est in Galliae monasterio, quod nunc Corbeil adpellamus, (f) quantum quidem saeculi illius ratio permittebat. HATHVMODA, Ludolfi filia, sponte sua litteras appetiit et indefessa addidicit meditatione. (g) Eginharti Saxonis stilus Suetonium spirat: Agii scriptura trahit mul-

- (a) AGII Dialogus de Obitu Hathumodae Abbatissae p. 24. de Ludolfo:

*Summus erat, quia nempe sui generis simul omnes  
Vicit virtute, vicit honore quoque.*

- (b) Idem AGIUS consolaturus sorores Hathumodae demortuae p. 23.

*De patris et fratrum, qui decessere, salute  
Non decet esse nimis vos modo sollicitas.*

- (c) ROSWIDA de constructione Gandersemensis coenobii v. 7. sqq. p. 319. T. II. Leibnit.

*Ortus quique sui respondens nobilitati  
Moribus egregijs vsuque suae probitatis  
Inter Saxones creuit laudabilis omnes,  
Namque fuit strenuus, forma nimumque decorus,  
Prudens in verbis, in cunctis cautus agendis,  
Atque sui generis solus spes et decus omnis.  
Hinc nam Francorum magni regis HLVDOVICI  
Militiae primis adscriptus paene sub annis.  
Ex ipso digne summo sublatus honore  
Gentis Saxonum mox suscepit Comitatum -*

- (d) SIMON FRIDERICVS HAHNIVS in vollständiger Einleitung zu der Teutschen Staats-Reichs- vnd Kayser-Historie P. I. c. I. §. XX. p. 74. 75. c. 2. §. 12. p. 147.

- (e) AVCTOR de TRANSLATIONE S. VITI p. 766. T. I. Meibom. IOANNES MABILLONIVS saeculo IV. Benedictino P. I. p. 500. sqq. IOANNES LAVNOIUS de scholis celebrioribus c. 18. p. 71. seq. cd. Io. Alb. Fabricii.

- (f) AVCTOR de TRANSLATIONE S. VITI p. 766. T. I. Meibom.

- (g) AGIUS in Vita Hathumodae c. 1. p. 4. Litteras, ad quas alii discendas verberibus coguntur, ipsa vltro studio appetiit, infatigabunda meditatione addidicit, c. 3. p. 5. 6. Scripturarum lectioni et ipsa sedm-



multum ex dictione Taciti. (h) Quocirca nemini obscurum esse potest, auctores classicos id temporis in Saxonia fuisse in pretio habitos. Medicinam tum solebant Monachi Theologicae exercere. (i) Iurisprudencia Saxonica nitebatur legibus Saxonum propriis. (k) Theologia erat maculata Semipelagianismo, siquidem Monachi erant discipuli, per Galliam ac Germaniam, \* doctrinarum *ALCVINI*, qui pro more illius aetatis dogmata sua *CASSIANO* superstruebat, illi quidem, qui nonnihil merito et vitae monasticae tribuerat. Succrescebat immanis reliquiarum huius illiusue sancti amor, (l) et raptus ac furta, quibus corpora sanctorum subducebantur, diuinis adiciebantur elogiis, (m) ut dubium sit, vtrum Saxonum in cultura simulacrorum detenti plures venerati sint res creatas, quam ubi religioni christianae dederant nomen. Pomerani profecto S. Vitam edocti erant a Corbeiensibus ante saluberrima fidei vitaeque praecepta. (n) In scholis tradebantur septem artes: (o) Academiae nondum existerent. (p) Ex hisce patefcere existimo, quales artes in Ludolfi familia vigere potuerint. Quanto litteraturae gradu Ludolfus tinctus fuerit, haud definitio. Abbatissas certe ex gente Ludolfi et Ottonum tenuit Gandersheimium ab Hathumoda ad Gerbergam, a. 1002 florentem, litteratissimas. (q) Tum *Annales* haec consignati sunt (r) et Roswithae libri, a *SCHVRZFLEIS HIO* ac *LEIBNITIO* laudati. Quis enim credet, Carolum M. et eius imitatores coenobia ad anniversarios decantandos duntaxat hymnos instituisse?

*scdula insistebat et insistentes summopere diligebat; negligentes, quas tamen aliquid proficere posse videbat, minori potius familiaritate, quam disciplina, ad has discendas cogebat; in his audiendis, legendis, intelligendis maiorem cautelam, riuaciorem sensum, saniozem intellectum habere nullus fere hoc tempore quisit.*

- (h) *ECCARDVS* ad Vitam Hathumodae p. 27.  
 (i) *CHRONICON HILDESHEMENSE* script. Brunsvic. T. I. p. 743. Anno deinde 880. *Wicbertus* Episcopus electus est, qui suo tempore medicinae artis peritissimus fuit - -  
 (k) *POETA SAXO* ad a. 803. p. 153. *WITIKINDVSS* Annal. L. I. p. 614. *DITMARVS* L. V. p. 638. *WIPPO* p. 430. Conf. *HERMANNVS CONRINGVS* de Origine iuris Germanici c. XIII p. 56. ed. Helmstadt. 4. 1695. *BOTHO* in Chronico picturato p. 281.  
 \* Conf. *ALFRIDVS* in Vita S. Ludgeri §. 9. 19. p. 88. T. I. Leibnit.  
 (l) De reliquiis S. Viti videatur *AUCTOR* de Translatione S. Viti p. 767. De primis sanctulis et reliquiis eorum in Westphalia videatur *WERNERVS ROLEVINCK* de antiqua Saxonia c. 8. p. 643. sq. De corporibus Marcellini et Petri, Sebastiani, Tiburtii, Cuesfacis et Innocentii agit *Auctor* de Translatione S. *PVSSINNAE* §. 4. p. 182. T. I. Leibnit. De corpore S. Idae, miraculis onerato *VFFINGVS* in Actis Idae Ducissae L. II. c. 7. 181. De reliquiis S. Epiphaniae T. I. Leibn. p. 257. 199. Omitto testimonia complura in re quippe notissima e. g. reliquiarum S. Pelagii, quas Salomo Roma detulit. Vide *EKKEHARDVM IPNIOREM* c. I. p. 19. T. I. Goldasti.  
 (m) *Auctor* de Translatione S. Puffinae §. 4. p. 182. *Prouocabatur* (Cobbo) *exemplis multorum, qui summo studio, etiam ab Romano solo, sanctorum sibi patrocinia cum discrimine ingenti subripissent. Auctor* historiae translationis S. *EPIPHANII* c. I. §. 3. 4. p. 378. c. 2. p. 379. T. II. *Auctor* SS. mensis Jan. ad d. XXI. narrat furtum, quo Othwinus Episcopus Hildescentis corpus S. Epiphaniae Papiensis subduxit.  
 (n) *HELMOLDVS* L. I. Chron. Slavov. c. VI. p. 543. L. II. c. 12. p. 627. *ELIAS SCHEDIVS* de Diis Germanis Syng. III. c. 12. p. 753. 199.  
 (o) *IOANNES LAVNOIVS* de Scholis celebrioribus seu a Carolo Magno seu post eundem Carolum per Occidentem instauratis. *PETRVS LAMBECIVS* T. II. Comment. de bibliotheca Viadobon. c. V. p. 261. *HANNVS* in der Reichs-Historie P. I. c. 1. §. V. p. 17. 18.  
 (p) *LAMBECIVS* loco excitato. *HERMANNVS CONRINGVS* in Antiquitatibus Academicis.  
 (q) *CASPAR COLVOER* in Saxonia Antiqua gentili et Christiana P. III. L. II. c. 7. §. 94. p. 319.  
 (r) *CHRONICON RHYTMICVM principum Brunsvicensium* c. 8. p. 13. T. III. Leibnit.

## §. XX.

*Ludolfus fuit miles, Comes et Dux Saxonum Orientalium primus, qui dignitatem illam ad posteros transmitit.*

Ludolfus, nobilis allodialium praediorum possessor, (a) tirocinia militiae sub ductu auspiciisque *LVDOVICI PII*, primis paene annis (b) deposuit. Eiusdem munere comitatum gentis Saxonum suscepit, hoc est, vicarium iudicium (c) in Saxones, imperatorio nomi-

(a) Nobiles, Adelingi, olim erant allodialium praediorum Domini. *AVGVSTINVS LEISERS* in Diss. de Feudis Brunsvic. & Lunenburg. 1720. Helmstadt. p. 45.

(b) *ROSWIDA* de Constructione coenobii Gandersheim. v. 13. sqq.  
*Hinc nam Francorum magni Regis Hludowici Militiae primus adscriptus paene subannis,*

(c) *ROSVYDA* l. c. v. 15. 19.

nomine administrandum. Huic dignitati, mox plenius enarrandae, paullo post accessit, iussu et beneficio Ludouici Germanici, *ducatus*. (d) *ROSWIDA*, quae Ottonis II. aetati suppar est, Ludolfum vocat *Ducem*, *Ducem summo honore dignum*. (e) *AGIVS*, Ludolfo aequalis, eundem vocat (f) *ducem orientalium Saxonum* (g) *unumque Ducem multis positum*. Unde patet, falso eum haberi pro Duce Westphaliae et Angariae, (h) vel vniuersae Saxoniae, quae tum Albi, Rheno, Frisonibus et Sala circiter continebatur. (i) In bellis igitur gerendis summae rerum praefuit Ludolfus. Danis, qui tum Nortmanni dicebantur, eum praecipue restitisse, sese in Saxoniam effundentibus, auctor est *NICOLAUS SCHATENIUS*. (k) Quod eo verosimilius redditur, quo saeuus tum Normanni inuaserunt Saxoniam orientalem. Nam a. 845. Roricus, Nortmannorum rex, sexcentis nauibus per Albim adductis Hamburgum deuastrauit. Cui cum spoliis regressuro Saxones fuere graues, praelioque commisso victoriam praeriperunt. (l) Tentabant denuo Dani impressiones in Saxoniam a. 857. infelici cum successu, siquidem Saxones, qui mare accolabant, eos masculis repellabant. Annis tandem 862. (m) et 873. Normanni Saxones infestabant insigni cum suorum clade et fuga. (n) Hisce expeditionibus Saxonum, nisi omnibus, nonnullis certe, Ludolfus interfuit. Merito igitur ipse sese *Saxoniae ducem* vocat. (o) Eandem dignitatem ei tribuit Otto primus. (p) *Dux Saxoniae* dicitur itidem a *TANGMARO*, (q) *ARNOLDO* (r) Auctore *CHRO-*

*Ex ipso digne summo sublatus honore  
Gentis Saxonum mox suscepit Comitatum,  
Ac cito maioris donatus munere iuris,  
Principibus fit par, Ducibus sed nec fuit impar.*

(d) *Et v. 310. sq.*

*Filius illius (Ludouici Germanici,) cuius dono LUDOLFVS  
Suscepit primum propriae gentis dominatum.*

(e) *Loco excitato v. 132. 128.*

(f) *AGIVS* in Vita Hathumodae Abbatissae Gandersheimensis c. I. p. 3. *Pater eius (Hathumodæ) ex illusterrimo Saxonum genere oriundus, Dux Orientalium Saxonum fuit.*

(g) In Dialogo de Obitu Hathumodae Abbatissae p. 24.

(h) *PHILIPPVS IVLIVS REHTMEIER* in Braunschweig-Lüneburgischer Chronica T. I. P. II. c. XI. p. 177. *Ludolphus Groisberzog zu Sachsen, Engern und Westphalen, Hertzogs Brunonis II. Sohn, war a. 842. von Kayser Lothario, dem Francken, mit Sachsen belehnet, ein Christlicher und streitbarer Held, hat erstlich in Ostfachsen ein Kloster zu Brunhusen angeleget, ist darauf a. 853. mit seiner Gemahlin Oda nach Rom zum Pappst Sergio gezogen - IOANNES LYDOVICVS GEBHARDI* in Diss. de Factis Serenissimorum Ducum Brunsvicensium heroicis, quam sub praesidio Celeberr. *BVRCHARDI GOTTHELFI STRVVI* 1720. Ienae habuit, §. 2. p. 2. putat, Ludolfum dominatum esse in vniuersam Saxoniam et Westphalam.

(i) *VVERNERVS ROLEVINCKIUS* in Saxonia Antiqua. *HENRICVS MEIBOMIUS* iunior in Introduct. ad Historiam Saxoniae Inferioris, *IVNCKERVS* et *LOESCHERVS* in tentaminibus de Geographia aevi medii.

(k) In Annalibus Paderborn. P. I. L. II. p. 127. sqq. *Clavus cum primis inter Saxones his Ludouici bellis Ludolphus, Henrici Germaniae auus et Ottonis Magni proauus, vir religione non minus, quam bellica fortitudine, eminent.*

(l) *GESTA ROMANORVM* ad a. 845. p. I. *Northmannorum Rex, Roricus, sexcentas naues per Albim fluium in Germaniam aduersus Ludouicum dirigit. Quibus Saxones occurrentes, commisso praelio, Domini nostri Iesu Christi auxilio, victores efficiuntur. ANNALISTA FVLDENSIS* ad a. 845. *Normanni castellum in Saxonia, quod vocatur Hammaburg, populati nec multi reuersi sunt. PETRVS LAMBECIUS* L. I. Origin. Hamburgensium p. 8. 12. *ANNALES BERTINIANI* ad a. 845.

(m) *GESTA ROMANORVM* ad a. 857. *Northmanni Saxoniam adgrediuntur, sed viriliter repelluntur De vastationibus incurfionibusque a. 862. 864. adcantur ANNALES BERTINIANI* ad dictos annos.

(n) *ANNALES FVLDENESES* ad a. 873.

(o) In diplomate in membranam de charta transsumto apud *BODONEM* in Syntagm. p. 481. T. II. Meibom. p. 371. T. III. Leibnit.

(p) Apud *BODONEM* in Syntagm. T. II. Meibom. p. 494. T. III. Leibnit. p. 319. et *LEVCKFELDIUM* in Antiqq. Gandersheim. c. XIV. §. 6. p. 99. apud quem pro *Dux Saxoniae* legendum est *Dux Saxoniae*.

(q) In Vita S. Bernwardi L. I. p. 446. c. 13. T. I. Leibnit. *Temporibus namque Alifridi Domini, qui quartus ecclesiae nostrae antistes existit, Ludolphus, Saxoniae Dux, cum religiosa contectrice sua Oda - Romam perrexit.*

(r) In Vita S. Godehardi c. 3. p. 490. T. I. Leibnit. *Quidam Dux Saxonicus, Ludolphus nomine, cum sua coniuge, Oda, Romam petiit -*

**CHRONICI BRUNSVICENSIS, (s) ENGELHVSIO (t) aliisque. (u)** Non fuit ante eum talis Dux in Saxonia orientali, nam *primus dux* vocatur. **(x)** Hereditarium fuisse Ducatum Ludolfi ratione posterorum, patet ex eo, quod filius primum genitus eoque mortuo Otto, filiorum alter, ducatum administrauerit, & ad Henrici Aucupis insignia transmiserit. **ROSWIDA** Ludolfo tribuit *atos duces (y)* et *primum propriae gentis dominatum*, acceptum *dono Ludouici* iunioris Regis Franciae Orientalis. **(z)** Vnde adparet, Ludolfum clientelarem et beneficiarium tenuisse Ducatum, quippe Ludouico Germaniae rege et denuo ab huius filio in partem beneficii acceptum. **WITICHINDVS** etiam Corbeiensis **(aa)** docet, ducis titulo id non designari, quod Ludolfus filiique eius a Ludouico Germanico et Imperatoribus Carolingicis ac Conrado nulla ratione dependerint. Nam ubi de Liudgarda et fratribus eius Ottone ac Brunone facit verba, haec subdit: *Horum pater erat Liudolfus, qui Romam profectus transtulit reliquias beati Innocentii Papae. Ex quibus Bruno, quum ducatum administraret TOTIVS Saxoniae, duxit exercitum contra Danos, et inundatione repentina circumfusus, non habens locum pugnandi, perit cum omni exercitu, fratri natus quidem minor, sed omni virtute multo potiori, relinquens Ducatum. - - penes Ottonem summum semper et ubique vigeat imperium. Natus est autem ei filius toti mundo necessarius, regum maximus optimus Henricus, qui primus libera potestate regnavit in Saxonia.* Ex quibus verbis varia momenta innotescunt. Vnum est, Ludolfi posteros successisse in Ducatum Saxoniae idque per modum iuris primogeniturae. Alterum est, Ludolfum cum filiis et nepote regi Germaniae subfuisse fiduciariumque sustinuisse dignitatem. Tertium est, Brunonem administrasse *ducatum totius Saxoniae*. Quartum est, Brunonem reliquisse interuentu mortis suae ducatum fratri Ottoni. Quare successio hereditaria, fiduciaria tamen, obtinuit inde a Ludolfo. Quaeritur autem, quid intelligendum sit per *DVCATVM*, quem Ludolfus tenuit? utrum fuit bellicus tantum, an forensis quoque potestatisque a regibus secundae? Vir celeberrimus **NICOLAVS HIERONYMVS GYNDLINGIUS (bb)** rationes suas ita subducit. Comites in Saxonia plures fuisse, tradit, qui, ubi belli formido circumstrepere, Ducis cuiusdam imperium secuti sint. Eum, qui hoc officio fungeretur, principis nomine coruscasse, addit, quare non esse statuendum, Ducem totius territorii aut Ducatus dominum fuisse Ludolfum. Non ausim contendere, Ludolfi fuisse Saxoniam omnem orientalem in praedium fiduciarium collatam, siquidem domini praediorum praeterea existerunt bene multi. In eo facilis est consensus. Ludolfum hereditaria tenuisse *alodia*, hoc est, bona nobilitatis (*adelgoht*), ex quibus Brunteshusa et Gandersheimium surrexerint. Illud, arbitror, esse ostendendum, quod Ludolfus prorex fuerit in Saxonia orientali, qui summae rerum et bellicarum et ciuiliu loco Regis praesederit. Ipse enim fuerat *Dux vnus multis positus*. **(cc)** Non diceretur *dux primus*, **(dd)** nisi amplius quiddam administrasset, quam administrationem bellorum. Nam Carolus Magnus Egbertum constituerat iam Saxoniae ducem (**S. XVI.**) Dux enim erat potius quam Comes, siquidem non vni oppido tractuive, vel missioni temporariae, sed cunctis Saxonibus, qui inter Rhenum et Visurgim inhabitant, *DVX* erat praefectus. Duces bellici profecto Saxonibus dudum fuerant ante Ludolfum. Germanis in vniuersum *DVCES* bellicos tribuit **TACITVS. (ee)** **BERTHOALDVS**, Dux Saxonum, memoratur

a

**(s)** Apud **MADERVM** de Antiqq. Brunsvic. p. 2. et **LEIBNITIVM** Script. Brunsvic. T. II. p. 14. Circa principium conuersionis Saxonum, Ludolfus, *DVX SAXONIAE*, post mortem Karoli annis **XL**, fundauit Ecclesiam Gandershem --

**(t)** In Chronico p. 170. ed. Maderi. *Iste Ludolphus, DVX SAXONVM, Romam causa deuotionis profectus --*

**(u)** **KRANZIUS** Saxon. L. II. c. 29. **SCHLOEPKE** in *Bardewickischer Chronica* p. 151. **REHTMEYER** T. I. P. II. c. XI. p. 177. &c.

**(x)** In **CATALOGO EPISCOPORVM HILDESH.** T. I. Leibnit. p. 772. quem contexit **EGGEHARDVS**, Abbas Vragiensis, qui sic de Alfrido Episcopo Hildesheimensi: *Anno Domini 852. cum LVDOLFO PRIMO DVCE, in Bruntheshusen et quarto posthaec anno, in Gandersheim virginum coenobium inchoauit.*

**(y)** **ROSWIDA** v. 67. sqq.

*Huius magnifici decoris promissio grandis  
Progeniem domini claram specialiter ODE  
Signauit, de qua natus Dux inclycus Oddo.*

Et v. 289.

**(z)** In loco laudato v. 306. sqq.

**(aa)** Annal. L. I. p. 634. T. I. Meibom.

**(bb)** In libro de Henrico Aucupe §. II. p. 9.

**(cc)** **AGIUS** in Dialogo de Obitu Hathumodæ p. 24.

**(dd)** Apud Leibnitium T. I. p. 772.

**(ee)** de Moribus Germanorum c. 8. §. 1. 2.

paulo post  
DA, quae  
dignum. (e)  
) vnumque  
e et Anga-  
ala circiter  
as. Danis,  
effundenti-  
ditur, quo  
ficus, Nort-  
stauit. Cui  
n praeripue-  
cum succes-  
nis tandem  
et fuga. (n)  
sterfuit. Me-  
uit Otto pri-  
(r) Auctore  
CHRO.

umodæ) ex il-

Il. c. XI. p. 177.  
in, var. a. 842.  
tharer Held, hat  
der Gemahlin Oda  
v. de Fathis Ste-  
ARDI GOTTHELI  
sam Saxoniam et

de in Introduct.  
Geographia aevi

Ludouici bellis  
tus, quam belli-

anes per Alim  
ommissa praes-  
ad a. 845. Nor-  
int. P. ETRVS  
345.

ter repelluntur  
dicos annos.

T. II. Meibom.

CKEELDVM in  
m est Dux Saxe-

mini, qui quatuor  
sua Oda - Rensam

nomine, cum sua

a Sigeberto Gemblacensi ad a. 630. Ab eodem fit mentio Ducis Saxonum Theoderici ad a. 723. 727. sub Caroli Magni exordium in Saxones bellicum moderabantur apud hos summam rerum militarium *Hassino*, dux Orientalium Saxonum, *Bruno*, dux Saxonum Angariorum, *WITICHINDVS* atque *Albion*, duces Westphalorum. (ff) Quomodo igitur Ludolfus, qui ab *AGIO* dux orientaliū Saxonum dicitur, adpellari potuit dux Saxoniae primus, si ducatum tenuit mere bellicum, cum nullo dominatu civili coniunctum? *ROSWIDA* distincte et luculenter commemorat, a Luidulfo susceptum esse primum propriae gentis dominatum. Successiones sane filiorum in eandem dignitatem, summum Ottonis imperium, nuptiae Ludouici Saxonis, regis Franciae orientalis, cum Luitgarda Ludolfi filia, primusque Ludolfi ducatus maius quiddam spirant, quam dignitatem ducis bellici temporariam. *AGIVS* profecto potentiam Ludolfo adtribuit in palatio regis magnam, (gg) qualis in ducem nude bellicum quadrare non videtur. Quare autem Roswidae fidem heic sollicitare necessum sit, non video. Fuit utique poetria; sed historica, simplex, ornatu epico vacua, verba rebus magis accommodans quam res verbis, ad instar Poetae Anonymi Saxonis, et Agii. Falsum igitur est, Hermannum Billungum de Stibbeshorn post tempora Caroli Magni primum fuisse Saxoniae ducem. (hh) Commentitius est *LVTGERVS* quidam dux Saxoniae, de quo circumfertur privilegium Carolo Magno suppositum ad a. 802. Frisiis datum, (ii) idque, quod inauditum prorsus est et inusitatum Carolo, lingua conscriptum Germanica. Nam occurrunt inibi Ducatus, qui diu post illam demum aetatem fuerunt conditi, vt alias suppositionis notas silentio praetermittam.

(ff) Hassinonis & Brunonis meminit *REGINO* ad a. 775. Helli, i. e. Hassinonis, *POETA SAXO* meminit ad d. a. p. 124. Witichindi et Albionis meminerunt *REGINO* ad a. 785. *POETA SAXO* ad e. a. p. 134. *CHRONICON QVEDLINBURGENSE* p. 276. T. II. Leibnit.

(gg) In Vita Hathumodae c. 3. p. 6. Quum ille (Hathumodae familiaris) rursus diceret, hoc, Domino volente, citius emendandum fore, utrumque et Episcopum suum illis fidelem, et familiarem esse, cuius suggestionem hoc fieri possit (vt monasterium Hathumodae commendaretur regiae tuitioni) et *PARENTES*, et alios in Palatio fideles eam habere, qui suam optime in hoc voluntatem et adiuuare possent et vellent.

(hh) Apud Leibnitium Tom. I. *Accessionum historiarum* p. 18. 19. A tempore Caroli Magni non fuit Princeps et Dux in Saxonia, propter rebellionem eius, et ideo Imperio fuit solum subiecta, quapropter eam cuidam prouiso *Vivo*, nomine *HERMANNO*, tanquam Ducatum, concessit in titulum, cui successio filius eius *BENNO* --

(ii) *LVNIG* Part. spec. des Reichs-Archivs Contin, II, IV. Abtheilung, XXIV. Absatz §. I, p. 419.

### §. XXI.

Agitur speciatim de subditis comitatus Ludolfi et principio quidem de tractu Gandersheimensi.

Acta togata Ludolfi fuisse varia, non opus est vt ambigamus. *AGIVS* huius rei testis est locupletissimus. (a) Comitatus honor id ferebat, vt iudicii suae gentis peragendis varie distringeretur. (b) Id quod Latinis Comes erat, Germanis dicebatur *Grave* et saeculo XI. *Landgrave*. Tractus autem a Comitibus gubernati, nunc maiores, nunc minores ad instar praefecturarum nostrae aetatis, apellabantur *pagi*, Germanice (c) *Goen*,

(a) *AGIVS* in carmine p. 23.

*Ipse Pater quamuis sine sorde nequiverit esse,  
Vepote mundano praeditus officio;  
Quantis ipse bonis tamen emundare piacula  
Curarit propria, vos bene nosse scio.  
Nam licet innumeris mundi curis premeretur,  
A quibus haud opere se quiuit exuere,  
Romam perrexerit, - - -*

(b) *VITTLARIVS* in institutionibus Iuris publici T. II. L. I. Tit. XVII. p. 568. ed. Pfeffingerianae Goth. 1718. 4. Imperatores ex suo comitatu probatissimos ad regendas Prouincias ablegare soliti sunt, qui, nomine Comitum retento, sua munia susceperunt et exercuerunt, ita, vt tandem quislibet ciuitatis iudex, etiam forte in comitatu sui Principis nunquam fuisset, Comitum vteretur titulo, quasi et ipse lateri Principis adhaesisset, quo nobilior rebusque tractandis aptior videretur. Atque haec consuetudo in tantum postea excreuit, vt Comes idem esset ac iudex. Vnde etiam, quum, Caroli Magni praesertim et insequentium quorundam Imperatorum temporibus, Comites non solum ad singulas Prouincias sed et ciuitates ablegarentur, coepit iurisdictio, territorium, et districtus, cui praeficiebantur, Comitatus dici: et sic Comites erant Praefecti Terrarum, qui tam in causis civilibus quam criminalibus ius dicebant.

(c) *Goeu, Gau, Gaw, Ga, Chou, Chowa, Gewe, Garwia, Gerwi, Goi, Gouwi, Goë.* Denominatio illa superest in vocibus *Reingau, Nordgau, Sundgau, Brisgau* etc. Abbatissae Gandersheimenses olim varios eiusmodi pagos tenuerunt. In *Ambergauve* seu *AMBRAGA* possederunt *Sehusam* seu *Sesen*, olim *Sehusaburg* vocatam et *Pateleche*, id est, *Bidelage* seu *Bildelage, Bilderlage, Binderlage*, ex donatione Ottonis secundi. *Sesam* nunc instar feudi Abbatissae cum praefectura *Stauffenburg* tenet Serenissimus Dux Brunsvicensis. *Bidelage* traditum est a Ducibus Brunsvicibus permutatione quadam facta Episcopis *Hildesheimensibus*. *Dalen* \* et *Mechtshusen* aequae Abbatissae erant subiecti pagi, qui nunc sunt praefecturae *Bildelagensis*. In priori pago Pastorem denominat in hunc diem *Abbatissa*; in posteriori similiter olim factum est. *Ambergau* hodie denotat exiguum tractum ad oppidum *Bokeln* *HARTHEGAV* a iugo montium *Harte* seu *Harze*, *Hercinia*, dictum complectebatur olim *Darneburg*, i. e. oppidum *Derenburg*, quod cum aliis *Henricus II.* Abbatissae donavit, quibus nunc instar feudi *Gandersheimensis* fruitur *Rex Borussiae*, qua Episcopus seu Dux *Halberstadensis*. *GANDESEMIGAWI* complectebatur tractum ad *Gandersheim* maiorem, quam *Gandershemia* marca, quare non est mirandum, si illum pagum *Henricus II.* Abbatissae donaverit, quae ex *Ludolfi* et *Ottonum* tabulis hanc dudum tenebat. *GRENIGAWI* est praefectura *Grenensis*. *FRIETHENIGAWI* est tractus ad *Fredam* minorem, in qua *Abbatissa* adhuc denominat ministrum Ecclesiae. Ad eum pagum pertinuerunt villae plures in *Imsen*, ad *Alueldam*, in *Brunkenfen* et alibi. Aduocati *Abbatissarum*, de comitatu *Wincenburgenfi*, in feuda susceperunt praedia, illa, quae extincto *Comite Wincenburgenfi* occupavit maximam partem Episcopus *Hildesheimensis*. *VENZIGAWI* fuit tractus ad *Wenzen*, qui pagus nunc praefecturae *Grenensi* subest. *FLENITHIGAWI* seu *FLENCCHI* haud procul *Gandersheim* fuit, siquidem in eo pago *Tangmarus* Presbyter *Gandersheimium* locat. *ERIGGAWI* fuit pagus ad *Erichshausen*. *AVGANAGAWI* erat pagus ad *Auweshausen* seu *Haishausen*, ab *Auwe* i. e. aqua, *Leina* scilicet praefluente dictus. *ERIMERGAWI* est tractus ad *Rimmerode*, olim villarum congeriem, nunc praedium *Probstiorum* et *Abbatissae* feudum. *SVILBERIGAWI* fuit tractus ad pagum *Suilper*, pone *Helmstadium*, haud procul a *Wansleuen*, oppido nunc *Magdeburgico*, quod *Ludouicus iunior*, rex *Germaniae* donavit *coenobio Gandersheimensi*, qui *Tennistetum* et *Heirikum*, nunc *Erich* in *Thuringia* *Abbatissae* itidem donavit, cui *Blitherstedum* ibidem addidit. *DVBARGEWE* seu *Dubargaw* erat tractus ad *Ollinga* seu *Ollingesheim*, contracte *Olgshem* seu *Olxen*, quod *Otto primus* *coenobio Gandersheimensi* donavit. Haud procul est *Rittigerode*, olim *Ritinecrot*. Ex hisce *Grenam*, *Wenzen*, et praeterea *Lauwenstein* et comitatum *Homburgensem* ac alia tenent *Duces Brunsvicenses* sub nomine feudorum antiquorum et nouorum, e quibus eminent *Seesen*, *Kirchberge*, *Harrihausen*, *Stauffenburgum*, *Elligerode*, *Rittigerode*, *Haishusen*, *Orkshausen* et praefecturae *Gandersheimensis* pagi fere omnes. Tractus autem pagosue veterum minores consuetudo vocat *marcas* ex *mercken*, *marquer*. Villarum enim congregatio, quam *Dorf* vocamus, tractus camposque discriminabat, ut inde quidem siluae, aquae ac viae denominari possent. Pagorum eiusmodi olim erat longe minor numerus, quam aetate sensim subsecuta. Siluas enim postmodum eruerunt ad parandos agros. Ea de causa permulti pagi in tractibus hisce nomen trahunt ex *eruen-do*, *effodiendo*, *rotten*, *roden*, *roën*, *ruendo* actiue, verbi causa, *Oldenrode*, *Dörode*, *Elligerode*, *Rimmerode*, *Bentigerode* etc. Complexum agrorum vnus pagi heic vocant *eme marck*, *feldmarck*, veteres *marcam* et *marcum*. *Marca* eiusmodi olim erat longe maior quam nostra aetate ob paucitatem pagorum (*der dörfer*, *dictorum ex torf*, quia domusibi ex cespite struebantur.) Tractum maiorem eiusmodi, qui tamen *Gawa* minor erat, olim vocabant *marcam*. \*\* Ita vocem adhibent Episcopus *Halberstadensis* *Bernhardus T. II.* *Leibnit.* p. 373. Exempla plura posthaec erunt obuia. *Ludolfus noster* in comitatu olim fuerat *Ludouici Pii* et ab eo Comes (*Gaugreue*) et deinceps Dux fuit renuntiatus, ut et toga et sago emeret. (d) *Marcas* idem tenuit varias iure proprio,

(e) in

(c) *HENRICI MEIBOMII* commentariolus de vtriusque Saxoniae et vicinarum regionum quarundam Pagis T. III. *Rerum Germanicarum* p. 93. sqq. *CHRISTIANVS FRANCISCVS PAVLLINI* in libello de Pagis in primis Antiquae Saxoniae in Syntagmate rerum Germanicarum §. XVI. p. 571. et in Commentario de Pagis, antiquae praesertim Germaniae Francof. ad Moenum 1699. 4. In primis *IOANNES FREDERICVS PFEFFINGERS* in Vitriario illustrato T. II. L. I. tit. XVII. p. 574. sqq.

\* Hic dicitur *Dalcherim* in diplomate *Henrici II.* in pago *Ambraga*.

\*\* Consentit D. *IOANNES WILHELMVS GOEBEL* in *Diss. de iure domus Brunsvicensis in comitatum Peinenlem* c. I. §. 2. p. 4.

(d) *ROSWIDA* v. 14. sqq.

Theoderici  
antur apud  
x Saxonum  
Quomodo  
it dux Saxo-  
niunctum?  
Iste primum  
atem, sum-  
s, cum Luit-  
am dignita-  
buit in pala-  
letur. Qua-  
vtique poe-  
odans quam  
Hermannum  
riae ducem.  
umfertur pri-  
quod inaudi-  
Nam occur-  
alias supposi-

SAXO meminit  
ade. a. p. 134.

ec. Domino vo-  
rem esse, cuius  
ni) et PAREN-  
uare possent et

Magni non fuit  
ecta, quapropter  
lum, cui successio

p. 419.

vattu

VS huius rei  
e gentis per-  
cebatur Graue  
maiores, nunc  
Germanice  
(c) *Goeu*,

Engerianae Goch,  
leri sunt, qui, no-  
re civitatis iudei,  
et ipse lateri Pen-  
suetudo in cantum  
vae ferret et infe-  
nicas sed et civita-  
mitas dicit: et su  
dicant.

(e) in quas ipsi licebat gubernationem pro arbitrato, quum esset Comes, instituere. Territorium Gandersheimense situm erat in pago Flenchi seu Flenithgawi. (f) Ibi erat *Gandershemia marca* sic dicta a pago Gandersheim, qui nunc discriminis gratia dicitur *Alte-gandersheim*. Haec complexa est tractum illum, qui nunc dicitur Heverbörde, in quo olim erant Heverhagen, Arnulpheshusi, Ackenhausen, Wolperode, Grimbaldeshausen seu Gremshem, Helmsherode, Gerenorde, Brunshausen, Nordliudulueshusi, Sudliudulueshusi, pars pagi Danglevessem seu Danckelsheim, maxima pars praediorum coenobii Clusinenfis, villae in Oldenrode, Wetteborn, & alia minora. Ludolfo erant et marcae aliae. *Rudiera marca* erat dicta ex Rūden, ubi Abbatissa adhuc Pastorem ecclesiae denominat, complectens vtrumque Rūden, Bokeln oppidum, Mechtshausen, Bornhausen et alia. Bornhausen \* constabat initio villis quibusdam maioribus, quae postea diuidebantur, vt plures villici inde vitam tolerarent. Adiecit Abbatissa castellum minus, *de Borg*, olim *Schildberk*, cuius locum ostentant adhuc incolae. Villas Abbatissa suas in feudum dein dedit nobilibus de Steinberg, oriundis Steinberga ad Goslariam, quibus falso tribuitur origo Gallica ex *ierre mont* ob meram adlusionem. Videntur enim fuisse initio ditiores ingenui et nobiles ad locum, qui nunc dicitur Goslaria. Adquisuerunt deinde Steinbergii allodialia quaedam, quae postmodo prompta pecunia sunt redempta ab Abbatissa *HENRICA CHRISTINA*, quum linea illa Steinbergica de Bornhausen intermoriens aperiret feudum. *ALVVNGAMARCA* fuit a villa Elliga seu Aluunga dicta, Elligeroda, quae olim dicebatur *Aluelingērot*, *Elueligrot*. Eo pertinuerunt der Abtische Berg, *filua Abbatialis*, Wiershusen, der Vogelsberg, der Kühler, Ricklingshausen, pagus ad montem Küler, qui nunc est pars Opperhusae cis aquam, Kirchberg, Herrihausen, Schachtenbeck, Wresserode, Sebaldshufen, Gandersheim et alia. *LVTHERIA MARCA* continebat Lutteram ad Barenberg, Gitter et alia. Haec Lahtnadorp etiam dicitur. *DENCTIMARCA* complectitur *Grossendenkte*, Aßeburg, Wolfenbuttelam et alia. Memorantur sane eo saeculo complures in his terris comitatus. Nam Ludouico Germanico regnante *Bernarius* (g) erat comes Hohbuochi seu Hamburgi. Omitto comites Ringelheimenses et alios. *Comites* (h) autem et *Missi*, *Caesaris regisque nomine*, *iurisdictionem omnem exercebant, multasque recipiebant, ex iis sese sustentantes, residuum fisco inferebant.* Gens Ludolfo hereditaria incolebat in marcis paullo ante dictas. (i) Vbi nunc oppidum Gandersheim est situm, olim erat filua, quam adluebat amnis Ganda, quondam dictus

Ect.

Hic nam Francorum magni Regis Hludowici  
Militiae primis adscriptus paene sub annis  
Ex ipso digne summo sublatus honore  
GENTIS SAXONVM mox suscepit COMITATVM  
Ac cito maiori donatus munere iuris  
PRINCIPIBUS fit par, DVCIBVS sed nec fuit impar.

- (e) Diploma Ludolfi membranaceum inter alia: *Omnem proprietatis meae hereditatem, quam habui, videlicet Gandesemiamarku, et Aluungemarku, et Ruderingeremarku et Dengdiamarku, et Lachtandorpmarku, et alia loca plurima cum familiis vtriusque sexus, Apostolorum Principi pro remedio animae meae et eorum simul, quibus debitor existis, in ius et proprietatem integraliter tradidi. OTTONIS Primi seu Magni Diploma a. 956. XI. Kal. Maji eadem confirmat in hunc modum: Notum sit igitur omnibus fidelibus nostris - - quomodo Luitolfus proavus noster Dux Saxonum quoddam Monasterium in loco Gandersheim nuncupato construxit, cum venerabili eius Coniuge Ota, primordium igitur eiusdem constructionis adfirmans cum Filia velo consecrata, quam Dei seruitio ibidem mancipavit, simulque cum ea tradens dotis nomine, quidquid praedii habuit in GANDERSHEMAMARCV, et in RVIDIORMARCV et in ALVVNGAMARCV et in LVTHORIAMARCV. Conf. Diploma Ottonis II. de a. 979. et Ottonis III. de a. 994.*
- (f) *TANGMARVS PRESEYTER* in Vita Berwardi Episcopi Hildesheimensis L. I. c. XIII. p. 446. T. I. Leibnit. Territorium Gandesemense, situm in pago FLENCCHI, cum adiacentibus villis ad provisionem Hildesemensem Episcoporum, ex quo primum Episcopa per Saxoniam sunt determinata, certum est pertinere.
- \* *Burnemenhusi* dicitur in catalogo bonorum Abbatissae victui propriorum, qui praesente Henrico II. Imperatore heic Gandersheimii consignatus est, cuius exemplum vide §. XXII. (c) Vnde miror esse, qui parente inuita historia, Bornhusam esse feudum oblatum. A. 1138. nobiles de Steinberge primo inuestiti sunt ratione Bornhusae. Sed haec iam ab Imp. Henrico II. Abbatissae fuit confirmata.
- (g) *REMBERTVS* in Vita S. Ansharii apud Petrum Lambecium L. I. Orig. Hamburg. c. XIV. p. 39. *GYALDO* Monachus Corbeiensis in carmine de Anshario c. XXXV. ibid. p. 230.
- (h) Verba sunt *GRYPHLANDRI* de Weichbildis Saxonici c. LXI. §. 5. p. 153.
- (i) Sic habet diploma Ottonis I. Werlae in Westphaliae ducatu a. 946. datum. Vide T. II. Leibnitii p. 373. sq.

*Etcherna* (k) seu *Eternan*. (l) In silua erat paruula Ludolfi villula, in qua solebant subulci eiusdem greges sibi commissos stabulatum cogere. (m) Pagus Alten Gandersheim ad boream hinc positus ad interuallum ducentorum lapidum saeculo XIII. (n) nobiles suos habebat. Exstant eorum donationes, coenobio Gandersheimensi factæ. Si lapides figurati, qui cornua Ammonis, gryphitas, conchas multæ speciei, femina lapidea & ouula, cochleas, elaitas, mytilitas et encrinos cum petiolis ex entrocho constantibus, qui radicibus adhaerent, et alia eius generis monumenta complectuntur, sunt reliquiae diluuii Noachici, tum profecto heic signa funestissimæ illius inundationis obuia sunt luculentissima aequæ ac copiosa. (o) Adde quod in vicinia dens orcae seu ceti dentati et cornu monocerotis marini (*Nerwal*) sit effossum, et costa balaenæ in templo cathedrali Gandersheimensi iam pridem fuerit conspicua, indubie ex vicinia huc allata. (p) Aut igitur hic tractus fuit quondam fundus maris, qui insigni cum telluris mutatione subsedit, ut videri cuiquam possit, aut diluuium illud calamitosissimum ex cardine boreali huc reliquias illas adpulsit. Solent enim cum beato *BVITNERO* vtramque vicissitudinem nonnulli coniungere (q) vniue cataclysmo Noachico adsignare. Liceat mihi iudicium meum de fati superficiei terrestris heic suspendere. Nunc potius videndum est, ubi Ludolfus arcem ac domicilium suum posuerit et quinam fuerint tractus praeterea, ad comitatum Ludolfi spectantes.

- (k) Secundum diploma Ludolfi apud *BODONEM* in Syntagmate p. 481. T. II. Meibom. et p. 703. T. III. Leibnitii, qui ex MSto subiecit *Etcherna*, qui annis cum Eidera Slesuicensium termino australi olim fuit confusus. Vide *TANGMARVM* in Vita Berwardi L. I. c. XX. p. 451. T. I. Leibn.
- (l) Ex priuilegio Agapeti II. Papae apud *LEVCKFELDIUM* de Antiqq. Gandersh. p. 428. 429. *TANGMARI PRESBYTERI* Vita Berwardi Ep. Hildes. L. I. c. XX. p. 451. T. I. Leibnit. *Quum vero de dioecesi (Hildesheimensi) sacramentis examinarentur, alii ETHRINAM Frisdelarensem fluum terminum Hildesheimensis parochiae affirmabant; errorem faciente nomine EDERNAE fluminis, quod Gandershem alluit.* Conf. T. II. Leibnit, p. 155.
- (m) *ROSVVITA* de fundatione Gandersh. p. 322. 323. T. II. Leibnit, *BODO* in Syntagm. de Ecclesia Gandersheim, p. 703. T. III. Leibnit. *Quum autem trans Gandam omnia silua vastissima occuparet, villulam exiguam (Ludolfus) inter umbrosos colles habuit, qua sese fetigeris gregis custodes ex more reciperent.*
- (n) Abbas Ludolfus in Clusinenf. monasterio a. 1323. villam suam in Ludoluessem equiti Gunzelino de Gittlede ad septem annos concessit pacto anniuersario reditu ex usufructu. Subscripsit epistolae *CONRADVS de GANDERSHEIM*, cliens fiduciarius Abbatissae. Omitto epistolas alias. Vna et altera habetur penes *LEVCKFELDIUM* in Antiqq. Walkenredenibus, ubi Nobilium de Gandersheim saeculo XIII. iniicitur mentio.
- (o) *ACTA ERVD.* 1727. M. Mart. p. 136. sqq. et *ENCRINOS seu liliam lapideam* 1729. 4. ex parte id ipsum indicant.
- (p) Nuperrime in vicinia ad interuallum sesquimilliaris Germanici versus septemtriones, Gandesiam si incolis, inuentum est ad pagum *Nerzen* cornu monocerotis marini borealis venustissimum. Effoderunt illud rustici, lapidibus eruendis occupati, haud longe a superficie telluris. Pars capitis, quacum cornu erat coniunctum, eminebat in termino cornu, quod ipsum ad sequiulnam portigebatur in situ conico, annulis egregie conspicuum tum prominentibus tum introrsum cedentibus, natura factis. Costam monocerotis eiusmodi ostentat templum Gandersheimense. Dens animalis eiusdem vnus in vicinia ad Brunshufam ante hos sex annos erutus est.
- (q) In Ruderibus Diluuii testibus §. 53. p. 55. sqq.

## §. XXII.

*Castellum Ludolfi duplex in Ludoluessem gemino.*

Domicilium Ludolfi paternum in lucem et hominum notitiam reuocare, non valeo, si fuerit ab arce Ludolfi in vicinia Gandershemii diuersum. Quum Ludolfus adulesceret, militiae nauauit operam sub Ludouico Pio. Posthaec Ludouici Germaniae regis adfectator fuit et comes, atque in aula Ludouici iunioris Francofurti versatus est. (a) Praedium, ipsius domicilio proprium, in vicinia Gandershemii fuisse locatum, inter omnes constat. Heredia enim potissima eius fuerunt in proximo, *BODO*, Monachus Clusinenf. aedem sacram ad boream oppidi Gandersheim, memoriae prodidit, ubi nunc ad portam S. Georgii templum eidem sancto extra muros sacrum est, fuisse Ludolfo ac in pro-

- (a) *ACIUS* Presbyter in Vita Hathumodae c. III. p. 6. *Ipsa (Hathumoda) dum non multo ante infirmitatem suam cum quodam familiarum suorum loqueretur, inter familiaria, quae cum eo habebat, colloquia etiam monasterii sui statum tenerrimum deplorare cepit; ad quod quum ille diceret: tenerum quidem enim esse, sed Dei gratia bonum: de bonitate Dei esse positum, potestate et misericordia, respondit, sibi tamen penitus hoc displicere, quod necdum Regiae tuitioni commendatus esset. Quumque ille rursus diceret, hoc Domino volente citius emendandum fore, utrumque et Episcopum suum illis fidelem et familiarem esse, cuius suggestionem hoc fieri posset: et PARENTES et alios in PALATIO fideles illam habere* o. o.

K

propinquo loco arcem, unde patuerit iter per porticum ad templum illud ipsum. (b) Habuit sane Ludolfus in loco, ubi Gandersheimium est sinistre conlocatum, villulam, ubi subulci stabulari solebant. (c) Fuit eidem villa in propinquo domicilii sui, quam conuertit in coenobium, posthaec Brunteshusen dictum. (d) Geminum scilicet erat *Ludoluesheim*, unum boreale inter pagum Dangleuessen, qui nunc Dankelfen vocatur, et coenobium Brunteshusen; alterum australe ad Gandam, in tractu a S. Georgii templo ad viam, quae ducit in pagum Heekenbek. Vtrumque coniungitur in indice praediorum, quae Venerabilis Abbatissa tenuit sub Henrico II. Imperatore. (e) Partem Ludoluesheimii australis tenet magistratus noster oppidanus ex vinculo clientelari, quo equitibus Generosissimis de *OLDERSHAVSEN* obstrictus est, qui illam et nonnulla alia susceperunt olim in feudum e manibus Abbatissae Gandersheimensis Reuerendissimae.

(f) Do-

(b) *BODO* In Syntagmate p. 482. T. II. Meibom, *Eum namque locum, qui hodie usque LVTOLVESSEM dicitur, mansionis placitae terminum habuit, principi bene adornatum et aulis bene excultum, de quo in Dni Georgii Martyris ecclesia accessum et expeditum habuit. Ab ipsa enim aula sua transfretum fieri fecit ad summi regis aulam ducentem. Ad stipulatur dictis HROSVITA, coenobii eiusdem virgo, in suo de constructione monasterii Gandesiani poemate. Haec Bodo, ROSVITA habet omnino pauca ad hos corymbos referenda v. 186. sqq. p. 415. apud LEVCKFELDIUM in Antiqq. Gandersheimensibus:*

*Proxima coenobio fuerat tunc siluula cuncta  
Collibus umbrosis, quibus et nos cingimur ipsis,  
Nec non in silua fuerat sita parvula villa,  
In qua Ludulsi soliti stabulare subulci.*

Vtrum *BODO* plura legerit apud Roswidam, quae deinceps vetustas exedit, an de suo liberaliter nonnulla addiderit, dicere non habeo. Suspicio tamen, posterius esse maiori cum verisimilitudine coniunctum, propterea quod in MSto Roswidae nulla in contextu huius loci est lacuna. Carmen Roswitae Bodoni ad manus fuisse, equidem non inficior. Ipse enim aperte et genuine id in Prooemio Syntagmatis apud *MEIBOM*, rerum German. T. II. p. 479. fatetur hunc in modum: *Opusculum illud illustrissimae feminae HROSVITAE, in quo ecclesiae memoratae foundationem heroico carmine canit, fateor, me plurimum iuuit. Nec idem obscurum erit ei, qui carmen Roswitae et Bodonis Syntagma inter sese contulerit. Qua re animaduertia, restat, ut dicamus, Bodonem ex Roswitae adlatis versibus per consequentiam id conlegisse, quod aliunde ei antea per manus vel litteris erat traditum. In eo sane Ludolfus vestigia commorationis villacuae ad templum S. Georgii reliquit, quod hortus senatorius vicinus in litteris feudilibus dicitur villa in Ludoluessen, Germanice, der Meyerhof in Ludoluessen. Ab ea exiguo interuallo distat locus decliuus, hortorum frequentia et taenia, quae pascua praebet, conspicuus, quem vocant ex aetate ultima die Wyk. Quis voce hac audita non illico in coniecturam incidit, vicum ibi olim existisse? Wyk, wick est vicus, oppidumque, ex wiken, weichen, cedere, aliquo concedere et confugere ad securitatem. Ex eo adpellantur Brunswik, Osterwick, Bardewiek in Saxonia inferiori, Sandwick, Norwick, Warwick, Greenwich in Anglia. Pars Brunsvici vetustior hodieque cognominatur vicus antiquus, die alte wick. Eadem vox superest in wickbild, weichbild i. e. stadtbild, seu imago Caesaris regisue Germaniae iuxta locum iudicii publici Imperatorii seu regalis. Conf. CASPAR CALVOER in Saxonia antiqua gentili et christiana P. IV. L. I. c. 3. §. 16. p. 336. et in primis GRYPHLANDER de Weichbildis Saxoniciis. \* Verosimile igitur est, incolae vici ad templum S. Georgii posthaec concessisse in locum inferiorem ad formandam urbem Gandersheim. Filii Ludolfi vocantur urbscolae, quod ut de Brunsvico exponi potest, ita non minus de Gandesia valet.*

\* Conferri merentur *GVILIELMVS CAMBDENSIS* in Britannia p. 304. et *HENRICVS MEIBOMIVS* in Historia Bardeuici p. 56. 57. T. III. rerum German.

(c) *ROSVITA* v. 186. sqq. Locum dedi paullo ante in (b.)

(d) Ita colligo ex *AGII* loco, in quo de Hathumoda id eximii celebratur, quod ne quidem in loca coenobio Brunshufano proxima exierit. *AGIVS* in Vita Hathumodae c. II. p. 4. 5. *Ad parentes aut possessiones subiectas nunquam, ex quo illuc venit, egressa est.*

(e) In fine Plenarii Monasterii Gandersheimensis litteris antiquis, quarum vetustas est ultra saeculum XII, scriptum habetur: „Haec - Eps Berwardus in dedicatione eiusdem ecclesiae, gloriosissimo rege nostro „Henrico praesente, more antecessorum suorum propria traditione firmavit. Gandesheim I. Liudolueshusi II. Loco adscripsit calamus recens *itz Dankelfen*. Brunteshusi III. Nordliudolueshusi IV. „Alden Gandersheim V. Grimbaldehusi (Gremshem) VI. Kilmingerode. Recens manus adleuit *Ellengerode*. VII. Akkanhusi VIII. Riudiun IX. Gaeteri (Gitter.) X. Hebanhusi \*\* XI. Burnemehusi (Bornhusen) XII. Seufi (Seefen) XIII. Immedeshusi (Imshausen) XIV. Herrehusi XV. Dandanhusi (Danhäusen) XVI. Hachemehusi XVII. Abbediscanrode (Abbenrode) XVIII. Arnulveshusi (situm fuit in „tractu montano *der Hefer*) XIX. Mueningarod \*\*\* XX. Rimmigerod. XXI. Thiaedulveshusi (erat „citra aquam ad pagum Opperhusen) XXII. Gerriki \*\*\*\* XXIII. „

\*\* Erat olim pagus haud procul Sesa, inter Rudolphshagen et Mechtshufen trans *callem mutilorum*, Kröppelstieg. Agros tenent hodie Rüdenses et Mechtshufani, quorum maiores Hebenhusam dereliquerunt. Coenobitae Lamspringenses tenent ibi villam et decimas.

\*\*\* Hoc in feudo tenent *nobiles* de Minnigerode.

\*\*\*\* Est *Erich* in Thuringia ad Tenstatum. Distinguebatur olim in *Erich* et *Westen-Erich*.



(f) Domicilium constantius Ludolfi est in Ludolveshemio septemtrionali quaerendum, in quo a. 1323. villa erat reliqua. (g) Magnam agrorum partem, Ludolveshemio septemtrionali olim addictam, Abbatissae Gandersheimenses impertitae fuerunt coenobio

(f) Litterae feudales a. 1415. in vespertis Laurentii ab Equitibus de Oldershausen magistratui vrbis Gandersheim datae conferunt senatui oppidano *enen Meyerhorve so Ludolvessem unde drey Horve Landes gelegnen darzulves mit dem Meyerhorve teghet vrig*, hoc est, *villam in Ludolvessem et tres habas agrorum ibidem sitas cum villa, a decimis reddendis immuni*. Eadem formula in hunc diem recurrit in litteris feudilibus. Vbi olim villa erat, nunc hortus est, e regione templi S. Georgii versus austrum. Agri non adeo longe inde conspiciuntur positi. Hinc innotescit situs loci *Ludolvessem, Ludoluessem, Liudolueshusi*.

(g) BODO in Appendice ad Syntagma T. II. Leibnit, p. 348. Lotharii Imperatoris, Comitis Supplinburgensis, diploma adlegat ex tabulario Clusiniensi, vbi inter alia sic scribit Imperator: *Confirmamus et post cum Antistes Bernhardus ecclesiae Clusensi tres mansos, in villa, quae LUDOLVESSEN dicitur, cum suis decimationibus ceterisque utilitatibus, in pratis, in siluis, et in aquis, quos olim BARTHA bonae deuotionis ABBATISSA eidem ecclesiae contulit*. Nonnihil tamen roboris addit Episcopus, hoc pacto: *Cui ecclesiae totius adiacentis villae hospites, agros, agrorumque reditus et decimas cum siluis et aquis, molendinis, et pascuis appertinentibus confirmamus*. Litteras donationis a. 1127. BERTHAE Abbatissae datas fuisse, tum ex p. 336. l. c. patet, tum ex tabulario Abbatissarum, quod tenet adhuc autographum Berthae. Locus hic Ludoluessem, seu Nordliudolueshusi situs fuit inter Brunshufam, Dangleuessem, et Clusarum coenobium in editiori loco, cuius pars dicitur campus alaudarum, *das Lerchenfeld*, quem tangit a septemtrionibus vallis, Germanice dicta *Nordahl*, manifeste dicta a situ, quem habuit respectu Nordliudolueshemii. Adparet hoc liquido ex *CHRONICO CLVSINENSI BODONIS* p. 360. Eodem anno videlicet 1522. *Domina Ducissa, Principis Hmrici contra dioecesim agentis mater, Gandeshae habitans, piscinam unam fieri fecit in valle palustri suae in dem Mordal* (legendum Nordal, sic enim adpellatur) *dirigens negotium Ioanne de Scarpenstheyn aduocato. Quum autem eam piscinam nostrorum patrum tractus incommodatam certo sciremus, eo quod et ipsius aggerem in pratum usque nostrum locassent, et quum vel piscandi gratia aquas dimitterent, vel rupto etiam aggere aqua ipsa multum damni nobis illatura esset: super re ipsa huc Venerabilis Pater et primum negotii directorem, ac deinde, vbi nihil profecit, Dominam Illustrem conuenit, in medium adferens, solum ipsum vratum e bonis omnibus in LUDOLVESSEN remansisse Clusae, quod per ipsam piscinam etiam nolentibus illis, qui piscinam facerent, esset nobis annihilandum. Quam quidem rem etsi ad dies aliquot dissimulassent, ipsa tamen Domina, semper nobiscum amice agens, vbi clarus intellexit, commutationem fieri, illam concessit, ut ipsum pratum cederet castro et illius loco agri nonnulli restituerentur. - Pratum vicinis sibi Dominorum pratis adunatur, et agri nobis dantur, et ut verum fatear, ablatum ablato compensatur. Eos namque agros, quos ultra usum hunc in Dangleuessem ducentem, supra videlicet lapidifodinam nostram up den lerken Velde cum reliquis monasterio abstulerat, restituit, iugera plusquam tria, et omnino plura: illa facimus quam pratum. Lutolfium suae Nordliudoluessem saeculo XII et incunte XIII. ab Abbatissa datum fuerat in feudum familiae cuidam Ministerialium. Tandem a. 1127. BERTHA Abbatissa coenobio Clusensi expectationem largita est in possessionem trium mansorum cum decimis ceterisque vsufructibus in pratis, siluis et aquis, explendam quidem, simul atque Geltmarus ministerialis e vita discessisset. Subscripsit diplomati donationis nomen suum Wanradus Camerarius. Posthaec SIFRIDVS Episcopus Hildesheimensis coenobii Clusensis fortunas agrosque, et in eis nominatim bona in Ludoluessem, tutelae suae innexuit. Deinde a. 1311. renuntiat Fridericus de Dorstad liti, quam auunculus ipsius Sitridus de Dorstad cum coenobio Clusiniensi exercebat, ratione pretii villicationis (Meierstat) in Ludoluessem, Bertholdusque Abbas Clusiniensis contra dedit illi sesquimarcam argenti. Anno 1323. Abbas Ludolfus et monasterium Clusiniense elocant villam in Ludoluessem cum bonis ei adnexis ad septem annos domino Gunzelino de Gitlede, equiti, interposita pactione, ut quotannis coenobio redderet quadraginta malteras frumenti, videlicet XXX. malteras siliginis, X. malteras tritici, et XXXV. malteras auenae. Aedicula tum sacra restabat in Ludoluessem, ruinam vetustate minans, ad cuius reaedificationem supra dietus Gunzelinus de Gitlede singulos numos tertios sese impensurum promittit, ea lege, ut sibi villam cedenti pecunia illa redderetur. Subscripterunt Ioannes de Ierze, Canonicus Gandersheimensis, et clientes fiduciarii Conradus de Ganderssem, Hermannus de Germerdissen, Lipoldus de Wreden, et Thidericus de Reden. Anno 1335. testantur Ioannes et Henricus, fratres de Ghitelde, famuli, Abbatem Clusiniensem decimas in *Nort-Ludoluessem*, quas ad tempus aere sibi parauerant, redemerit XVI. minis seu marcis puri argenti. Porro a. 1337. fratres Ioannes, Henricus, Thiericus et Gunzel de Ghitelde dederant Abbati coenobioque Clusiniensi pro vsufructu villae in *Ludoluessem* et tribus mansis agrorum campi Clusiniensis quotannis duodecim marcas argenti ponderis Gandersheimensis pretiique ad sex annos. Inter testes noto Bertoldum de Gertröhde Canonicum Gandersheimensem. Tandem a. 1344 Bertoldus de Oltwerdeshusen cliens fiduciarus testimonium de eo perhibet, quod Hermannus suus pater Abbati et monasterio Clusiniensi cesserit ac restituerit agros in *Nort-Ludoluessem*, restituit prius numis in illos locatis. Lotharium Saxonem Caesarem a. 1129. coenobio Clusiniensi donasse pratum et duas curtes, nec non XXVI. iugera, quae ipsi imperioque cesserant, adnoto. *Lsbert* enim *rusticus* Bernolt et Gildibald improles decesserant. Pratum, curtes et illa iugera erant sita in villa seu pago Thanclouisse seu Danckelsheim, in Comitatu Comitis Burchardi de Luca. Diplomati haec sunt subiecta: *Sub Bertoldo Hildesheimensi Episcopo atque Bertha Gandersheimense Abbatissa, praesidente praefatae Clusensi ecclesiae, Waltero Presbytero. Actum Goslariae feliciter. Amen.* Quantum ad curtes illas duas adinet et XXVI. iugera agrorum, restant hodie illae quidem, sed libertas illa imperialis vel sufflaminata vel extincta est. Altera dicitur villa Clusiniensis, *der Clushoff*, quam*

m. (b) Hallolam, vbi quam coneratur, et gii templo te praedio- artem Lu- telari, quo onnulla alia rendissimae.

(t) Do-

LUDOLVESSEM  
alium, de quo  
sua trans-  
e nobis eiusdem  
A habet omnino  
gg. Gandershei-

liberaliter non-  
tudine comun-  
men Roswizae  
io Syntagma-  
ad illustrissimae  
fateor, me pla-  
inter se se con-  
bus per conse-  
sane Ludolfus  
as vicinus in lit-  
Ab ea exiguo  
nspicuis, quem  
adit, vicum vbi  
concedere et co-  
mia inferiori, Sand-  
cognoimatur vi-  
4, seu imago Cae-  
PPAR CALVOER  
PHANDER de  
haec concessis-  
urbisclae, quod

BOMIUS in Hi-

quidem in loca  
parentes aut pos-

reulum XII, scri-  
mo rege nostro  
esheim I. Liudol-  
iudolueshusi IV.  
anus adleuit Ell-  
rncemehusi (Bort-  
bandanhusi (Dan-  
husi (suum fuit in  
edolueshusi (erat

manerum, Kröp-  
am dereliquerunt.

bio suo Clusiniensi, (h) Ager *Ludoluesfeld* complectitur ducenta et quadraginta quinque iugera (Morgen) ac duci Brunsvicensi ipsi ex aliquo temporis interuallo subest cum adiecto prato satis magno. Nullum plane dubium est, quin Ludolfi nostri nomen in hisce locis adhuc remanserit, siquidem Ludolfus praeterea ex eadem stirpe duntaxat vnus, isque infelix ob rebellionem in patrem, superfuit, qui heic nihil possedit in regione circumvicina.

finito bello tricennali administrator coenobii Clusensis *Niebecker* aedificiis instauravit. Hunc excepit administrator *Eusef*, qui, nomine dicti monasterii, coluit non solum villam seu curtem illam, sed XVII etiam iugera cum dimidio, praeter separatos et dispersos hinc inde agros in campo Dankelsheimensi. Vnde adparet, XXVI, illa iugera successu temporum infelici ac iniuria hominum fuisse imminuta. Quum beatissimae ac gloriosae memoriae Dux Brunsvicensis ANTONIVS VLRICVS coenobium Clusiniense et Brunshufanum Reuerendissimae ac Serenissimae Abbatissae Gandersheimensi HENRIETTAE CHRISTINAE restitueret ex parte, haec curtem supra demonstratam vendidit Iacobo Brinckman ducentis et quinquaginta Ioachimicis, constantem aedificiis, tribus agrorum huobis seu mansis, hortis, sepibus et pratis, ea quidem conditione, vt redimere eam possent ABBATISSAE successurae. Iugera illa XVII, cum dimidio HENRIETTA adiunxit corpori fortunarum monasterii Clusiniensis, libera quippe et paene immunia. Curtis altera confecto bello tricennali per indulgentiam Ducis Serenissimi Brunsvicensis praefecto Gandersheimensi HAGEMEIERO cessit, postquam ab administratore Clusiniensi diu iam possessa fuerat per modum procurationis, aedificiisque, quibus dudum erat orbata, instructa fuit, et ab eiusdem heredibus vendita rustico. PAGES, Sufficere haec possunt ad definiendas duas Lotharii curtes, libertate imperiali praemunitas et praesidio ABBATISSAE olim traditas, si forte libertas illa in posterum videatur restituenda. Exemplum heic habemus rusticorum liberorum et Imperialium in hisce terris. Ludolfi nomen superest tandem in agris, qui *Ludolfsfeld*, campus Ludolfi, vocantur et olim constituebant insignem partem possessionum Ludoluesemii septentrionalis. Ante annos circiter ducentos Duces Brunsvicensis ABBATISSAE et coenobio Clusiniensi eum ademerunt, rationem et titulum iuris ignoro, ex quo tempore subiectus fuit fisco principali Guelferbitano. Complectitur campus ille ducenta, quadraginta et quinque iugera agri lectissimi, pratunque late patens. Quae quum ita sint, situs Nordludoluesemii ignorari non potest, nequaquam cum Dangleuessem confundendi, quamuis haudquaquam negem, cultores agrorum ex Ludoluessem aetate Caroli V. migrasse in pagum Dangleuessem siue Dankelsheim, qui nunc sex complectuntur villas.

- (h) Berthae donatio a. 1127. facta in tabulario Gandersheimensi superest. Exstiterunt litterae singulares in coenobio Clusiniensi de bonorum in Ludoluessem amissione, quas adtingit BODO in Syntagmati Appendice T. II. Leibnit. p. 336. Ne autem putes, Ludoluesemii castellum fuisse vilissimum, impedit AGIVS, qui Ludolfi et Odae *secta fulgensis* memorat, in Vita Hathumodae c. I. p. 4. Sed vbi Bruno et Otto Gandershemium, Brunsvicum et alia maiora exstruxerunt, castellum Ludolfi non amplius habitatum sensimque neglectum fuit, et tandem collapsum atque euersum. Tanta est humanarum rerum constans inconstantia et vicissitudo!

### §. XXIII.

#### *Exstructio Brunshufani coenobii.*

Erat Ludolfo villa in proximo (a) vbi nunc est Brunshufae coenobium ac sedes ABBATISSAE aestiua. Coenobii auctor ac conditor est Ludolfus, Suasionibus Odae coniugis, vt ita faceret, adductus. (b) Primo quidem nomen erat monasterio, Roswita testante, (c) *Gandefsem* seu Gandersheim. Quum autem id cognomen coenobio maiori

(a) AGIVS Presbyter in Vita Hathumodae c. 2. p. 4. 5. de Hathumoda: *Ad parentes aut possessiones SVBIECTAS nunquam, ex quo illuc venit, EGRESSA est.*

(b) ROSVITA v. 90. fqq. de Oda:

*Corde tenens matris monitum claustrum faciendi  
Hinc nam legalem non raro sui seniore  
Exhortabatur blandis nimirum suadelis,  
Vt de gazarum construxisset propriarum  
Sumtu coenobium diuinis laudibus aptum,  
In quo sacrandae Domino velamine sacro  
Fine tenus castae possent habitare puellae  
Atque vacare sui sancti famulamine sponsi,  
His ergo monitis Vir concedendo fidelis  
Coniugis electae precibus consenserat apte - -*

(c) Pergit statim ROSVITA:

*Ac sic communi similis conamine voti  
Deseruire Deo coeperunt protinus ambo.  
Quae fuit ecclesiae possessio denique paruae  
TRANS RIPAS GANDAE supra montana locatae;*

Vnde

iori et adiectae vrbi postea inderetur, coenobium prius et vetustius in Brunonis, Ludolfi filii natu maximi, memoriam conseruandam dicebatur *Brunestershuse*, *Brunesteshusi*, *Brunteshusen*, (d) *BRVNTINGIO* (e) *Brunteshausen*, nostra aetate *Brunshausen*. Sedes coenobii adiectique templi repraesentat collem vndique praeruptum, ad ortum solis instar Maeniani excurrens. Ganda annis collem versus Orientem subluit. Circumquaque sunt siluulae, solitudini et superstitiosae Pontificiorum de sanctitate opinioni fauentissimae. Notamus *CASPAREM COLVOERIVM*, qui inter alia ex eo, quod diploma Ludolfinae foundationis membranaceum *Brunnstashusen* pro *Brunshusen* habeat, diploma ipsum suspectum reddere frustra adnititur. (f) Praeterea *IOANNE M LEZNERVM* noto, qui, coenobium ipsum magna ex parte paulo post sui initia inundationibus Gandae euersum et dissipatum fuisse, tradidit. (g) Repugnat enim situs loci et fluminis, ac ipsa collis durities, cui coenobium incumbit. Ludolfum anno 848. *Monasterium in Brunestershuse inchoasse*, *ANNALISTA SAXO* ineditus auctor est. Id certo constat ex *AGIO* (h) anno 852. Hathumodam choro virginum sacrarum in Brunshusae coenobio fuisse praefectam, quum parentes rediissent Roma cum corporibus Papatum Anastasii et Innocentii. (i) Inuenerant eidem Romae Pontificem *SERGIVM*, quod vno ore veteres scriptores adfirmant. Quis autem nescit, hunc Papam a. 843. defuncto Gregorio IV. suc-

Vnde locum celebrem vocitabant *GANDESHEMENSEM*;  
Illic obsequio Domini digne celebrando,  
Dum locus inuestigari posset magis aptus  
Conspicua multas vita iunxere puellas.

De coenobio vtiq; Brunshusa haec agitur. Nam huius exstructio inchoata praecessit illam aedis et coenobii maioris Gandersheimensis. Roswita scripsit in coenobio Gandersheimensi eiusque respectu omnino Brunshusa est in ripa vltiori posita, seu *trans Gandam*. Notabili satis indicio ecclesia illa parua opponitur magnae, cuius structuram deinceps demum orditur pertexere Roswita. Locus adhaec dicitur magis aptus inuestigatus fuisse post primum coenobium. Quid clarius est dictu? Fusius haec erant monenda, siquidem a nemine hucusque arbitror animaduersum esse, Gandesem dictum esse locum, qui postea vocatus est Brunshusa.

- (d) *COMPILATIO CHRONOLOGICA AVCTORIS ANONYMI* apud *MADERVM* p. 852. 853. *Ludolphus Dux Saxoniae pater Brunonis et Ottonis Romam profectus a Sergio Papa reliquias SS. praesulum Anastasii et Innocentii impetratas detulit in Gandershem. Illic cum filia sua Hathumoda, prima Abbatisa, Ecclesiae, quam sibi construxit, dedit XI. milia mansorum et solemne coenobium in BRVNTESHVSEN construxit.* *M. THEODORICVS ENGELHVSIVS* in *Chronica vniuersali* apud *Maderum* p. 170. *Ludolfus Dux Saxonum, Roman causa deuotionis profectus, reliquias SS. praesulum Anastasii et Innocentii, in quorum honorem primo coenobium sanctimonialis in BRVNTESHVSEN, postea vero quarto anno construxit in Gandershem, adtulit - - CHRONICON* Principum Brunsvic, Rhythmicum antiquum T. III. Leibnit. c. 6. p. 10. vocat eundem *Brunteshusen*. Eadem ratione *BOTHO* in *Chronico picturato* ad a. 842. *BODO* in *Chronico Cluinenensi* T. II. Leibnit. p. 356. *HONORIVS III.* in diplomate a. 1222. vocat ecclesiam sancti Bonifacii in *BRVNTESHVSEN*, ubi sunt moniales inclusae et praepositi regularis. *TANGMARIVS PRESBYTER* in *Vita Berwardi Ep. Hildesh. L. I. c. XIII.* p. 446. T. I. Leibnit. de Ludolfo et Oda: *Ad patriam itaque Dei gratia peruenerunt consilio Domini Alfridi coenobium virginum Dei primo BRVNESTESHVSEN adunant, filiam quoque Domnam Hathumodam XII. annos habentem praefato Episcopo in regimen intramittendam assignarunt, anno Domini incarnationis 852 Rabano Mogontiae praesidente, omnem autem prouisionem praedicti loci et congregationis Domino Alfrido commiserunt.* *Annalista Saxo* ineditus vocat *Brunestershusen*: *Plenarii autem indiculus Brunesteshusi.*
- (e) In *Braunschweig-Lüneburgischer Chronica* Magdeburg 1596. fol. p. 18. a. b. *Erbaurete auch das Jungfrauen-Closter zu Brunteshausen.* Conf. *PHILIPPVS IULIUS REHMEYER* I. c. T. I. P. II. c. XI. p. 177.
- (f) *CHRONICON HILDESHEIMENSE* T. I. Leibnit. p. 743. *Episcopus Alfridus a. 852. cum Ludolfo Gandesheimense Coenobium primo in BRVNESTESHVSEN, et quarto posthaec anno - in Gandeshem inchoauit.* Miratur *CASPAR CALVOER* in *Saxonia inferiori antiqua gentili et christiana* P. III. L. II. c. 7. §. 96. p. 319. sq. *Brunnstashusen* legi in diplomate Ludolfino membranae inscripto. Indubie ob ignorantiam scripturae veterum.
- (g) In *Chronico maiori Brunsvicensi* MSto c. 19. Hoc VIII. Tomis absoluerat, quorum conspectum Hildesii 1601. 4. publici iuris fecit, immortuus operi nondum elaborato, nedum limam experto.
- (h) *AGIVS* in *Vita Hathumodae* c. IX. p. 12. *Decessit sancta haec et incomparabilis femina - anno - 874. - vixit in sancto proposito annis viginti duobus. Omnes anni vitae eius fuerunt triginta quatuor.* Consentit *TANGMARIVS* et *CHRONICON HILDESHEIMENSE* locis excitatis.
- (i) *AGIVS* in *Vita Hathumodae* c. I. p. 4. *Postquam pater et mater de Roma, quo orandi causa ierant, cum Apostolica benedictione regressi, et sancto Petro famulataeque sancti Petri cum omnibus suis commendati, sanctorum corpora, Papae Anastasii et Innocentii Papae transtulerant; de nouo reuocata (Hathumoda ex monasterio Herfordiensi) in monasterio, quod in propria hereditate fundatum Domino, et eisdem sanctis tradiderunt, cum Apostolica auctoritate, et Episcopi sui benedictione primo paucioribus, deinde pluribus Sororibus est mater spiritalis et electa et constituta.*

L

Vnde

aginta quin-  
o subest cum  
ri nomen in  
pe duntaxat  
edit in regio-

Hunc excepit  
item illam, sed  
epo Dankelhei-  
m fuisse immi-  
CVS coenobium  
enli HENRIET-  
Jacobo Brinck-  
nobis seu mansi,  
SSAE succellurac,  
ii Cluinenis, li-  
am Ducis Sereni-  
administratore Clu-  
m erat orata, in-  
ad definiendas eius  
diaz, si forte liber-  
terorum et Impe-  
mpus Ludolfi, vo-  
nalis. Ante annos  
merunt, rationem  
o. Complectitur  
e patens. Quae  
leuessem confun-  
di V. migrasse in

terae singulares in  
Synagoga Ap-  
stolice, impedit  
4. Sed ubi Bruno  
on amplius habi-  
umanarum rerum

nobium ac sedes  
rationibus Odae  
isterio, Roswi-  
coenobio ma-  
iori

possessio: SVBIE-

lucceffisse, fedisse annis tribus, et anno 847. successorem impetrasse Leonem quartum, qui octo annos sedit ad clauum iurisdictionis Papalis et quinque menses. (k) Recentiores nonnulli (l) Nicolaum Papam loco Sergii habent, qui demum a. 860. in solum Pontificale euectus regnauit annis VIII. seu X, mense vno. Sed Agius, Roswida, membranae et reliqui scriptores antiqui reclamant, vna mente significantes, a Sergio retulisse Ludolfum corpora Innocentii et Anastasii. Aedificationem coenobii a Ludolfo dilatam fuisse in annum quartum inde a domum reditione, non fit verisimile. Quam primum fuit exstructum, idem ab Episcopo Hildesheimensi consecratum et Sanctis Anastasio ac Innocentio fuit dicatum, (m) Posthaec quum a. 856. coenobium Gandersheimense in eorumdem honorem condi coeptum est, (n) nomen *Gandesem* translatum in eum locum, quem in hanc vsque aetatem designat. Cogitatum tum fuit de noua adpellatione, quae a Brunone Ludolfi filio natu maximo arcessita et coenobio vetustiori fuit indita. Brunshufam tenuisse initio praeter corpora Innocentii et Anastasii reliquias seruatoris, Mariae et duodecim Apostolorum, memoriae proditum est in Diplomate Ludol-

(k) *CHRONICA S. AEGIDII* T. III. Leibnit. p. 579. Anno 841. defuncto Gregorio Papa huius nominis IV. SERGIUS Papa 105. ordinatur. Sedt annis III. Iste vocabatur Os porci - Anno Domini 844. Leo Papa 106. ordinatur. Sedt annos VIII. menses V. - Anno 860. Nicolaus Papa 109. ordinatur. Sedt annos X. mensem unum. ENGELHVSIVS Chron. p. 171. Sergius III sedt annos VI. menses IV. dies XVIII. - Ille est, qui Ludolfo Duci Saxonum reliquias donauit. Conf. GOBELINVS PERSONA in Cosinodromio p. 245. T. I. Meibom. ANTONIVS GAVINVS en Pâsse par tout de l'Eglise Romaine T. II. Londres 1727. 8. p. 50. PLATINA de Vitis Pontificum ed. 1645. 8. in Batavia citra locum impressionis p. 292. sqq. *CHRONICON QVEDLINBURGENSE* mortem Leonis IV. in annum 856. conuicit T. II. Leibnit. p. 278. Benedictus III. ad a. 858. discessit e vita, eique successit Nicolaus I. *ANNALIS BERTINIANI* ad a. 858. Nicolaus obiit a. 866. secundum *CHRONICON QVEDLINBURGENSE* p. 278.

(l) IOANNES LEZNERVS in Chronico maiori Brunshufenensi MSto c. XIX. Ob woll Ludolphus Groshertzog zu Sachsen an der Gandau und der Hildesheimischen Landstrasse vor dem Osterberge ein Jungfrauen-Stift und Closter, setz und Brunshausen genandt, in die Ehre Gottes, der Jungfrauen Mariae und des heiligen Martyris S. Stephani gestiftet und zu bauen angefangen, hat ers doch nicht vollendet, denn weil er mit seiner Gemablin und mit Alfrido, dem vierten Bischof zu Hildesheim, gen Rom gezogen, um daselbst vom Pappst Confens und die Confirmation zu holen, hat sich doch dadurch hochgedachten Fürstus Vornehmen in etwas geändert. Als aber Herzog Ludolph mit den Seinen zu Rom ankommen, hat ihn Pappst NICOLAVS mit Freuden angenommen, ihm und seiner Eh-Gemablin grosse Ehre erzeiget, auch nicht allein in ihr Christliches Vornehmen eingewilliget und es bestätigt, sondern ihm auch nach damaligen Gebrauch viel Heiligthum verehret, dabey auch die Anordnung gethan, daß die Jungfrauen in seinem vorhabenden Closter weiße Kleider tragen solten. Als nun Herzog Ludolph wieder zu Lande gekommen ist und bald darauf Carolus Herzog von Aquitanien, Pipini Sohn, Erz-Bischof zu Mainz worden, hat derselbe, wie auch Alfridus, der Bischof zu Hildesheim, dem Herzoge gerahen, das angefangene Closter, um besserer Gelegenheit willen, in das Thal hinunterwert, an die Gandau zu legen und zu verrücken, wie denn auch solches zu Werke gerichtet. Und dadurch ist das erste und vorige Closter unvollendet liegen blieben, bis Herzog Bruno Herzogen Ludolfi Sohn, dasselbige anno Christi 864, wieder angefangen, und in honorem Dei et S. Bonifacii vollendet, auch anno Christi 878. solenniter consecriren, auch einweihen lassen, und daher ist es denn vollend Brunshausen genannt worden. Vnum et alterum momentum historicum Leznero fuit ignotum, qui magis ex fama quam antiquis fideque dignis monumentis sua scripsit. Non opus est vt refellam falsa, quae huic enarrationi insunt, quippe quae ex deductione mea, ad normam optimorum ac veterum scriptorum conformata, per se collabentur. *CHRONICON PICTURATVM* ad a. 842. p. 298. T. III. Leibnit. In dessen Jare kam Hertoge Ludeleff in Oster-sassen und wart eyn Hertoge over alle Sassenlant - un buwede eyn Closter to Brunteshusen in deere sunte Johannes Baptiste und sunte Steffen, und satte dar Junckfruwen in dat Closter unde tock wort na Rome mit syner Forstme, - De Pauves Niclaus de entfeng on mit leve, und bestedgede, dat de Nün-nen to Brunteshusen scholden wyt dragen und gaff om hillgedom van sunte Anastasio und van sunte Innocentio, dat brachte Hertoge Ludeleff byr int lant to Sassen. Hertoge Ludeleff to Sassen de nam to ey-ner Fruwen Koning Willikes dochter ut Oster-Francke, de het Oda - Rectius *CHRONICON PRINCI-PVM BRVNSVICENSIVM RHYTMICVM* antiquum T. III. Leibnit. c. 6. p. 10. Sergium pro Nicolao habet. Ita etiam Sergium posuit ENGELHVSIVS in Chron. p. 170. ed. Mader, et *BYNTINGIVS* a Rehtmeiero in ordinem concinniore redactus T. I. P. II. c. XI. p. 177.

(m) *CHRONICON HILDESHEIMENSE* T. I. Leibnit. p. 743. Episcopus Alfridus a. 852. cum Luidulfo Gandeshemense Coenobium primo in Brunteshusen et quarto posthaec anno - in Gandesheim inchoauit. Qui et Ecclesiam ibidem aedificare coepit, et Hathumodam, eius Ducis filiam primam Abbatis-sam ibidem ordinauit. Conf. Diploma Ludolfi in membrana scriptum apud BODONEM in Syntagmate p. 483. 484. LEVCKFELDIUM in Antiqq. Gandersheim. c. 4. §. 3. p. 28. sq. LEIBNITIVM T. II. scrip-torum Brunshufen. p. 371. CALVOERIVM in Saxonia inferiori antiqua P. III. L. II. c. 7. §. 96. et PHILIPPVM IVLIVM REHTMEIERVM in Braunshweig-Lüneburgischer Chronica T. I. P. II. c. XI. p. 178.

(n) *CHRONICON HILDESHEIMENSE* loco excitato initia exstructi coenobii Gandersheimensis refert ad annum 856. Consentit TANGMARVS PRESBYTER in Vita Berwardi Episcopi Hildesh. L. I. c. XIII. p. 446. T. I. Leibnit. THEODORICVS ENGELHVSIVS in Chronica vniuersali apud Maderum p. 170. Ludolfus Dux Saxonum Romam caussa deuotionis profectus, reliquias SS. praesulum Anastasii et Inno-

dolfino (o) quo ipso docemur, hasce omnes postea Gandersheimium esse translatas: Coenobium Brunteshusen Joanni Baptistae et Stephano Protomartyri fuisse sacrum, *BOTHO* Brunsvicensis auctor est. (p) *IOANNES* autem *LEZNERVS* Stephano iungit Mariam Christi matrem. Vtunque sese res habuerit, id dubio caret, mutationem contigisse sanctorum tutelarium, quum corpora Anastasii ac Innocentii Gandersheimium reliquiis cum ceteris transferrentur, ideoque sanctos a Bothone et Leznero recensitos aetati transcribendos esse, qua sedes *ABBATISSAE* trans Gandam migrauerat. Coenobium est quadratum et quadrato saxo extractum, tanta angustia, vt ultra octo conclauia et mansiones non comprehenderit, nisi plures sacrae virgines in conclauem vnum fuerint compactae. Ex multo iam tempore quatuor virgines, Praepositum, et Priorem seu Presbyterum alit. Quum nuper alicubi fundamenta lustrarentur, caldarium fuit inuentum vetustissimum infra camino spectabile et supra foraminibus rotundis, vt patinae cibis onustae eis inferi ac a frigore defendi possent. In spatio intermedio est locus quadratus, libero patens aëri, puteoque intra centrum seu meditullium instructus. Ad latus, quod occasum spectat, muros sepesque veteres destrui iussit *HENRIETTA CHRISLINA*, Abbatissa penultima, vt inchoaretur aedificium splendidius. Tenuia posuit propositi sui initia Abbatissa eadem, exaedificatio ipsa et immutatio consilii in plerisque partibus debetur *SERENISSIMAE* ac *REVERENDISSIMAE ABBATISSAE ELISABETAE ERNESTINAE ANTONIAE*, quae interuentu supremi aulae Magistri Viri Illustris *IOANNIS ANTONII* de *KROL* Brunshusae splendorem et dignitatem conciliauit commendatissimam. Conclauia imi pauimenti seruiunt domicilio Principis Optimae et ministrantium. Superiora dicata sunt litteris optimis, scientiis, historiae Gandersheimensi, Bibliothecae, collectioni numismatum ac raritatum naturalium, inter quas congeries lapidum figuratorum multa habet eximia, ac pietati, actionum pulchrarum prae et puppi. Quid de conclaui pictoriae ac sculptoriae arti confecto disseram? Nil nisi exquisitum et venustum in eo sese oculis ingerit. Quid de theologia morali paradigmatica referam? Omittendae non essent antiquitates gentium, et mythi aetatis vltimae in systemata, vno obtutu haurienda, ex ingenio Viri Illustris redacta, si summa saltem fastigia sequi luberet. Delibauit delineationem paucissimorum vir plurimum reuerendus *IOANNES MICHAEL WEINRICHVS*, Diaconus olim aulicus Meinungenis in Parte quarta Collectionis suae singularis. (q) Restant enim potissima, ab eo non enumerata. Circa Brunshusam in lapidinis inuenti sunt encrini variae magnitudinis, nonnulli radicibus adhaerentes, plures eis destituti. Radices eiusmodi nonnullae ramis ad latera protrusis abundant, vt facile pateat, ad fabulas relegandum esse, quidquid de bestiola et cauda eius adfertur, quam olim exhibuerit encrinos eiusque petiolus. Basis pentacrinus decem gestat ramos, singuli deinceps sunt bipartiti. In encrino vno vnus ramorum est tripartitus, quod maxime extraordinarium videtur. Adseruatur saxum, in quo septem encrini integri petiolis instructi spectantur, in lithophylacio Brunshusano. Mirandi sunt, quorum rami supra non coeunt in apicem, sed dispersi a basi circumquaque diuergunt. Inueniuntur in vicinia Ammonis cornua seu draconitae, in quibus selenites purus saepe interstitium notabile efficit. Belemnitae, pectunculitae, terebratulae, conchae laeues ac striatae saxae, conchitae arenarii, aëtitae et partes encrini separatae ibidem inueniuntur et adseruantur. Qui inundationi fun-

ftae

centis, in quorum honorem primo coenobium sanctimonialium in Brunteshusen, postea vero quarto anno construxit in Gandersem, hereditate sua illic adtributa, et filia sua Hadamodae Abbatissa Dominarum saecularium constituta. Quod sanctimonialia fuerint a primis initiis saecularia, in eo Engelhusius fallitur. Saeculo enim demum XIV, Abbatissa saecularem cultum et dignitatem adsumsit cum Dominabus monialibus, vti adparet ex appendice ad Syntagma Bodonis, qui tamen in eo fallitur, quod priuato ausu id opinetur contigisse.

- (o) Ego *Ludolfus Dux Saxoniae* notum esse cupio omnibus Christi Fidelibus tam praesentibus quam futuris, quod diuina inspiratione commonitus simulque dilectae Coniugis meae *Odiae suadela* inductus, in honore Praecursoris Stephani et Prothomartyris in *Brunsthusen* edificare cepi - Ita exorditur diploma Ludolfi membranaceum. Mentio fit deinde Sanctorum Romanorum Pontificum Anastasii et Innocentii, quorum corpora Ludolfus sese dicit Roma deportasse. Diploma Ludolfi, ex charta descriptum, memorat praeter corpora illa reliquias Sancti Saluatoris, sanctae eius genitricis et duodecim Apostolorum.
- (p) *BOTHO* in Chronico picturato ad a. 842. p. 298. T. III. Leibnit, Locum dedi in nota. (k) *LVDOLFVS* in diplomate alique idem fatentur. Memorabile est, Bonifacium mox esse coenobio in tutelam additum, indubie eo quod Papae, in hisce tractibus animas primus submitit. Videatur diploma Honorii III. a. 1222. datum.
- (q) In Historischen vnd Theologischen Betrachtungen der merckwürdigsten Alterthüme vnd gelehrter Dinge IV. Betrachtung p. 626. sqq.

L. 2

in quartum,  
(k) Recen-  
so. in folium  
s, Roswida,  
es, a Sergio  
bii a Ludolfo  
ile. Quam  
t Sanctis A.  
um Ganders-  
m translatum  
fuit de noua  
bio vetustio-  
flasi reliquias  
diplomate Lu-  
dol-

omni nominis IV.  
Domini 844. Les  
ardnatur. Sed  
I. mensis IV. die  
VS PERSONA in  
l'Eglise Romaine  
tania circa locum  
annum 856. con-  
colans I. ANNA-  
LINBURGENSE

phus Gruberz  
ein Jungfrauen-  
Mariae und der  
endet, denn weil  
von gezogen, um  
edachten Fürsten  
kommen, hat ihm  
er erzeugt, auch  
dem auch nach da-  
die Jungfrauen  
wieder zu Lande  
Bischof zu Mainz  
gerieten, das an-  
tand zu legen und  
rad kurze Closter  
Christi 854, wieder  
solemniter consecri-  
n. Vnum et alter-  
ius hidaeque dignis  
e, quippe quae ex  
ollabentur. CHRO-  
e Ludoleff in Ophr-  
usen in deere sunt  
de rich vore na B-  
geat, dat de Nö-  
und van sunt lo-  
ffen de nam te ep-  
ONIKON PRINC-  
gium pro Nicolao  
et BPTINGIVS a

852. cum Ludolfi  
Gandersheim notum  
m primam Abbatiss-  
VEM in Synagoga  
NTIVM T. II. fin.  
II. c. 7. §. 96. et  
a T. I. P. II. c. XI.  
shheimensis refert ad  
ildesh. I. I. c. XIII.  
ue Maderum p. 70.  
Anastasi et Inno-

stae Noachicae singula haec tanquam petrefacta adscribunt, conligunt exinde, solum Brunshufanum diluio vniuersali maxime esse immutatum et subuersum.

## §. XXIV.

*Iter Ludolfi et Odae Romam susceptum ad Papam Sergium secundum.*

Vxor Ludolfi ODA pro more superstitionis muliebris filiam natu maximam coenobio cuidam a marito suaque opera extruendo in dominam et reatricem virginum sacrarum destinauerat. Pepererat illam anno nati Christi 840, et paullulum adultam Abbatissae Herfordensi in disciplinam coenobialem tradiderat. (a) Coeptum iam erat aedificari in solo, vbi nunc est Brunshufa, (b) quum Odam et Ludolfum cupiditas incessit deferendi coepta sua ad Pontificem Romanum. Ingressus est vterque iter illud, permisso et litteris commendatitiis Ludouici Italiae regis instructus. Quem olim OS PORCI vocatum primumque nominis mutandi exemplum praeiisse referunt, SERGIUS II. tum ad clauum Pontificatus Romani sedebat ab anno 844. ad annum 847. (c) quare isthoc interuallo temporis Ludolfi profectio in Italiam fuit suscepta. Ludolfum fuisse in comitatu Ludouici, quem pater Lotharius, regni socium, in Italiam Romamque miserat, longe certissimum esse arbitror. *ROSWIDAE* descriptio itineris Ludolfini metetur omnino adtentionem v. 118. sqq. hunc in modum delineata:

*Posthaec acceptis proprii scriptis senioris  
Scilicet almifici Regisque pii Hludowici  
Eius PERMISSV cum non modico comitatu  
ROMAM PERGEBANT sanctumque patrem visitabant.*

Permissu cuiusnam pergere per Italiae itinera Romam poterant, nisi indultu Lotharii regis Italiae seu filii Ludouici iunioris, a patre in imperii societatem adsciti? Quis e Ludolfi familia praeter Odam paucosque seruulos id iter ingressus est? Alfridum Episcopum Hildesheimensem fuisse in comitatu, recentiorum nonnulli tradunt, (d) vetustiores ignorant. At in Ludouici Franciae Italiaeque regis comitatu erant Drogo archiepiscopus Metensis multique viri ecclesiastici ac politici. (e) *ANASTASIVS* (f) et *FRODOARDVS* (g) iter illud magnificum et acre fufius edisserunt, et ex eis sua complexus celebris ille *PLATINA*. Hunc Ludouicum, Italiae regem, Lotharii filium natu maximum, apud Roswitam indicari existimo. Nam heic erat Rex senior et pius et bonus: huic parebat Italia et Roma: huius commendatio Romae poterat esse validissima. Senior et rex dicitur, quoniam a Ludouico Pio, auo suo, qui a. 840. defunctus est, iam rex erat constitutus et in prima pueritia imperio destinatus. Ex epitaphio *LVDOVICI II.* Italici id accurate comprobatur *Vir Celeberrimus SIMON FRIDERICVS HAHNIUS*, quod in extremo sic habet:

Nam

- (a) *AGIVS* in Vita Hathumodae c. I. p. 4. *Quum aetatis processu sapientia et gratia apud Deum et apud homines proficiens, seruitium Christi pompis mundialis, coelestem sponsum Christum terreno sponsa praetulit* (Hathumoda;) *denique fulgentibus parentum tectis ancillarum Dei contubernium anteponebat eum parentum voluntate sacro velamine consecrata, et Herfordensi monasterio, quod eo tempore in sanctimonialium nomine famosissimum erat, sub regulari disciplina nutrienda aliquandiu commendata est.*
- (b) *ROSWIDA* de fundatione Ecclesiae Gandersh. p. 321. T. II. Leibnit. et diploma Ludolfi apud Bodonem in Syntagm. p. 481. T. II. Meibom.
- (c) *ANTONIUS GAVINVS* T. II. *passé par tout de l'Eglise Romaine* p. 50. *Sergius fut le premier, qui changea son nom, parcequ' avant son elevation au Pontificat, il s'apelaist Grosin de porc. L'Empereur Lothaire envoya son fils Louis à Rome pour confirmer l'Election de ce Pape, Sergius mourut l'an huitcent quarante sept.* *ANNALES FVLDENSES* ad a. 843. p. 19. T. I. Freher. *Gregorius IV. Papa obiit, in cuius locum subrogatus est Sergius.*
- (d) *IOANNES LEZNERVS* ita statuit. Locum ex MSto dedi §. XXIII. (k)
- (e) *PLATINA* de Vitis Pontificum p. 294. *Lotharius Ludouicum filium, quem regni socium adscuerat, in Italiam cum ingenti exercitu mittit: huic socios addidit Drogonem Metensem episcopum atque alios viros Ecclesiasticos, prudentia et auctoritate dignos, quorum consiliis uteretur. Huius autem adolescentis nimia felicitate elatus, quacunq; iter facit, caedibus omnia et rapinis vastat, incendit et diruit. Verum quum urbi (Romae) adpropinquasset, ei que obuiam honoris causa Romani ciues prodissent, deposita ferocitate illa Gallica mitior esse coepit, quod ei praeter sententiam ingredi urbem pacato agmine liceret. Prodeunt et obuiam ad primum lapidem sacerdotes cum crucibus et hoc cantu: Benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis.*
- (f) *ANASTASIVS* de Vitis Pontificum in Vita Sergii II. p. 249. *Lotharius Drogonem-Metensis ecclesiae archiepiscopum, cum excellentissimo Hludowico, filio suo magno, cum Francorum exercitu Romam direxit. -- Ipsi vero, a quo in oras Bononiae ciuitatis cum belligeris exercitibus sunt ingressi, tantas clades tantisque strages in populo peregerunt, ut qui per urbes et agros tyrannica erant crudelitate perterriti, relictis propriis locis, per loca abdita se absconderent.*
- (g) Eadem fere habet *FRODOARDVS* de Pontificibus p. 589.

*Nam ne prima dies regno folioque vacaret  
Hesperiae genito sceptrum reliquit auus. (h)*

Ludouicus contra, Ludouici Germanici filius, ad a. 844. patre regnante faeces nondum capeffuerat. Ergo Ludouicus Italicus omnino senior dici potuit debuitque respectu Saxonici Germaniciae. Ludouico etiam Italico inuito Italia ne quidem intrari debuisset a Ludolfo, siquidem Lotharius et Ludouicus Germanicus, cuius e partibus fterat Ludolfus, id temporis bello fuerant mutuo impliciti. Haud equidem sum nescius, Ludouico Germanico iuniori tribui vulgo litteras, quibus Ludolfus fuit instructus commendatitiis. At vero Ludolfus ipse in diplomate foundationis testatur, sese iisse Romanam, *acceptis Domini sui Ludouici, ROMANORVM REGIS INVICTISSIMI, litteris*. Quis tam excors et imperitus fuerit, vt Ludouicum iuniorem Germanicum reputet pro Romanorum rege circa Sergii aetatem? Nec etenim pater Ludouicus, Ludouici Pii filius, nec ipse vnquam fastigium imperatorium Romanorum tenuerunt. Contra ea Ludouicus Lotharii I. filius natus maximus, Ludouici Pii nepos ab auo destinatus fuerat imperatorio diademati. Quare Ludouicus ille Germanicus diceretur senior? Filius certe natus maximus non erat, quippe aetate cedens Carolomanno? Nec intelligitur senior omnium Ludouicorum, Ludouicus Pius, siquidem is anno 840. diem suum supremum iam obierat. Obiici potest, Ludouicum intelligi Germanicum. At vero is Romanorum rex non erat, nulla potestate in Italiam et Romam gaudens. Idem iudicium in Ludouici huius filium Ludouicum quadrat. Si diploma Ludolfi ex charta transcriptum inspicimus, Sergius, sese Ludolfo ossa Innocentii et Anastasii dedisse, docet *mandante sibi Domino ac inuictissimo suo rege Ludouico*, quem paullo post *Christianissimum Imperatorem ac Dominum nostrum* vocat. Aetas Sergii, vt breuis sim, non permittit, vt alium Ludouicum intelligamus, ac Ludouicum, seniorem Lotharii primi filium. Nam Ludouicus ab hoc diuersus imperii confors regnique in Italiam particeps tum non existit. Instat quidem Celeb. post fata *CASPAR CALVOERIVS*, (i) nihil esse caussae, cur Ludouicus Italiae rex rationem haberet Ludolfi Saxoniae Ducis, quippe subditi Ludouico Germanico. Verum enim vero quanta est audacia, Roswitaе, Witechindi, Ottonis Magni et successorum, Tangmari Presbyteri, Agii, Chronici Hildesheimensis, Bothonis, Engelhusii, et aliorum numero validissimorum fidem et auctoritatem damnare, qui omnes vno ore iter Ludolfi Romam susceptum describunt et maximam partem de Sergio et Ludouico mentionem iniiciunt. Quis nescit exempla benignitatis Imperatorum in Principes alienos, nihil damnosos implorantes? Nonne itinera deuotionis caussa Romam suscepta semper eis fuerunt libera, qui iusto exercitu destituti viam illam inierunt? Ego certe non video, quid obstitit, quo minus Ludouicus, Lotharii primi filius, Ludolfo deuotum illud iter et propositum male verteret. Saxones profecto tum erant laude bellica praestantissimi, quos Lotharius continuo adlicere et beneuolentia sua dignari solebat, continuo sperans fore, vt vel bello vel posteritate Ludouici Germanici extincta Saxoniam hereditaria possessione adiret. Nec dubito, Ludolfum fauori Lotharii inhiasse, euentu belli dubio et adhuc ancipiti. Habet heic *CALVOERIVS* rationem, quam non videbat. Vnicum addi debet de bonitate ac pietate Ludouici Italici, ea enim penitus caruisse videri poterat, vbi eum ex expeditione prima Italica tanquam textum ex fimbria diiudicare placet. At salua res et optima indoles Ludouici existit. Asperitatem illam exigebat Italicorum ingenium rebelle et ex ancipiti temporum mutatione pendens. Fauet famae Ludouici epitaphium Donati, quod ita terminatur: (k)

*Regibus Italicis seruiui pluribus annis  
Lothario magno Ludouicoque BONO.*

(h) In der Reichs-Historie Part. I. c. 5. p. 185.

(i) In Saxoniam inferiori antiqua gentili et Christiana P. III. L. II. c. 7. §. 99. p. 323.

(k) Epitaphium integrum iuuenitur apud Collectores Actorum Sanctorum in Commentario de S. Brigida §. 2. p. 244. T. I. Mensis Februar.

#### §. XXV.

*Ludolfus Sergio adtulit litteras commendatitias a Ludouico II. Lotharii filio  
et imperii socio.*

Mirum fortasse videri cuipiam potest, Ludolfum petiisse litteras ad Sergium II. commendatitias a Ludouico II. Lotharii primi Imperatoris filio, clientem quippe Ludouici Germanici. Euanesceat autem omnis difficultas, simulac libertatem procerum

M

regni

regni Germanici tunc temporis vſitatam perpenderit. Simulac enim Ludouicus Pius a. 840. XX. Iunii e vita diſceſſiſſet, filii ipſius Lotharius, Ludouicus Germanicus et Carolus inteſtinis implicati fuerunt diſſenſionibus ac bellis, donec a. 843. partitiſſe prouinciarum et concordia publica ſanciretur. (a) Mirificam ea occaſione ſummates ducesque et comites, immo Clerici, potentiam et libertatem ſibi conciliauerant, (b) vt in poſterum rex magis ordines imperii quam principes Imperatorem timerent ac metuerent. (c) Praeterea non video, cur commendatitiae illae litterae Ludouici II, cum obſeruantia erga Ludouicum Germanicum conſiſtere haud poſſint. Vtrum exeunte a. 843. an a. 844. ineunte Sergius II. ſolium Pontificale conſcenderit, definire nolum. Iter ſane Ludolſi hiemali tempeſtate inſtitutum eſſe, diſſuadent credi commune deſiderium commoditatis et comitatus Odae. Vere proximo Ludouicus II, intrabat Italiam Pontificemque iuriſdictionem Imperatoriam re ipſa docebat, (d) in Regem Italiae ab eo conſecrandus gladioque regali ſuccingendus. (e) Si igitur Roſwita aliique fide digniſſimi ſcriptores temere reiiciendi non ſunt, qui ad *SERGIVM* iter Ludolſi directum eſſe tradunt, tum proſecto cetera etiam, diplomate gemino comprehenſa Ludolſino, non ſunt repudianda.

- (a) *ANNALES HILDESHELMENSES, BERTINIANI et METENSES* ad a. 843. *ANNALES FRANCICI IVLDENSES* ad a. 843. p. 19. T. I. Freheri: *Deſcripto regno a primoribus et in tres partes diuiſo, apud Virdunum Galliae ciuitate, tres Reges menſe Auguſto conuenientes, regnum inter ſe diſpartiuert.* Conf. *CHRONICON LAVRISHAMENSE* p. 65. T. I. Freheri. *HELMOLDI Chronica Sclauorum* L. I. c. IV. §. 6. p. 541. T. II. Leibnit.
- (b) *HINC MARVS* in inſtructione noui regis ad Ludouicum Balbum §. IV. p. 180. T. II. Oper. *Coeperunt regni primores, qui cum tribus fratribus erant, ſigillatim certare de honoribus, quiſque illorum, vnde maiores et plures poſſent obtinere, et parui pendentes ſacramenta de diſuſione regni facta, et plus certantes de illorum cupiditate, quam de ſeniorum et de ſua (ipſorum) ſalute et de ſanctae Eccleſiae ac populi pace, qui cum Hlothario erant, immiſerunt illum in hoc, vt fratres ſuos exheredaret - -*
- (c) *NITHARDVS* L. IV. p. 108. *Acceptit Karolus in coniugio Hirmentrudem - - Et haec de re praefatas nuptias maxime inſiit, quia cum eo maximam partem plebis ſibi vindicare poſſe putauit.* Elucet inde, quanta tum exſtiterit obſeruantia regum e Ludouico Pio natorum erga ordines Imperii.
- (d) *ANNALES BERTINIANI* ad a. 844. *GREGORIUS* -- Pontifex deceſſit, cui *Sergius* ſuccedens in eadem ſede ſubſtituitur. Quo in ſede Apoſtolica ordinato, Lotharius filium ſuum Hludovicum cum Drogone, Mediomatricorum Epifcopo, dirigit, aſturos, ne deinceps decedente Apoſtolico quiſquam illic praeter ſui inſuſionem Miſſorumque ſuorum praefentiam ordinetur antiſtes. Qui Romam venientes honorifice ſuſcepti ſunt, peractoque negotio - - *SIGEBERTVS GEMBLACENSIS* ad a. 844. *Sergius* Romana eccleſiae centeſimus praefidet, ad cuius electionem confirmandam Ludouicus, filius Imperatoris Lotharii, a patre miſſus. Agnoſcit rei veritatem *MABILLONIVS* in praefatione ad partem II. Saeculi IV. Benedictini, capite vltimo n. 214. p. 116. 117.
- (e) *ANASTASIVS* in Vita Pontificum, in Vita Sergii II. p. 251. *Almificus Pontifex manibus ſuis ipſum HLVDVICVM - - oleo ſancto perungens, regali ac pretioſiſſima coronauit corona, Regemque Longobardis praefecit, cui regalem tribuens gladium illum ſubcingere inſiit.* *ANNALES BERTINIANI* ad a. 844. *Hludovicum Pontifex Romanus unctione in Regem conſecratum cingulo decorauit.*

## §. XXVI.

## Praenotanda ad Diplomata Ludolſina.

Diplomata iam ſunt ſubiicienda, quibus Ludolſo, poſteros de coenobio a ſeſe exaedicato docere et certiores facere, viſum fuit. Vtrumque et genuinum et ſingulis veri characteribus eſt inſtructum. Id duntaxat eſt notandum, prius eſſe Brunſhufanae fundationis indicium, poſterius coenobium ad translatum ſpectare. Illud de papiro quondam tranſcriptum eſt ſatis pulere; hoc membranae ſtatim inſcriptum eſt Pergamae: illud vetuſtam ſcripturam retinuit; hoc fuit reſcriptum atramento recenti per ductus priſtinos, ita tamen, vt loco epochae 844. ſcriptum ſit ex recentiori eaque falſa ſama 853. Facile notatur viſu non admodum perſpicaci, ex numero priſtino DCCCXLIV. reſtare veſtigia ſigni X. ſignumque V. eſſe reſcriptum in II. Numerus Indictionis in ſcripturae fundo eſt maior, vt ductus reſidui labantes oſtendunt. In membranae reſcripta ſcriptura eſt: *Indictione I.* Inſpectio ipſa cuius ſcrupulum fingi aptum eximere poſteſt. Rem reliquam vtriuſque diplomatis complectuntur et eadem ratione enarrant *ROSWIDA*, Ludouicus Rex iunior et Ottones, inprimis Magnus ſeu Primus, in diplomatibus, quibus notas ſuppoſitionis obtrudere hucusque conatus eſt nemo. Diploma Brunſhufanae fundationis dederunt iam *BODO* in Syntagmate p. 483. 484. T. II. Meibom. *LEVCKFELDVS* in Antiqq. Gandersheim. c. IV. §. 3. p. 28. ſq. *LEIBNITIVS* T. II. ſcriptorum Brunſuic. p. 371. *CASPAR CALVOER* in Saxonia inferiori antiqua P. III. L. II. c. 7. §. 96. *PHILIPPVS IVLIIVS REHTMEIER* in Braunschweig-Lüneburgiſcher



scher Chronica T. I. P. II. c. XI. p. 178. Diploma alterum fundationis translatae compareret apud eundem *FRIDERICVM HENRICVM BODONEM* in Syntagmate de constructione coenobii Gandesiani p. 481. 482. T. II. Meibom. *IOANNEM GEORGIVM LEVCKFELDIUM* in Antiqq. Gandersheim. c. III. §. 4. p. 22. sq. *GOIHOFREDVM GVILIELMVM LEIBNITIVM* T. II. script. Brunsvic. p. 370. *CASPARVM CALVOER* loco excitato P. III. L. II. c. VII. §. 96. p. 319. sq. et M. *IOANNEM MICHAELM WEINRICHIVM*, Diaconum aulicum Meinungensem, in Parte quarta coeptae collectionis, quam inscripsit *Historische und Theologische Betrachtung der merckwürdigsten Aelterthümer und gelehrten Dinge* p. 615. sqq. Vtrumque denuo inspectum, et ad fidem antiquam ac genuinam reuocatum suo in loco trademus. Hoc pacto spes me habet, fore, vt lites, de auctoritate horum diplomatum ambigua motae, ad concordiam et quietem redigi tolliue possint. Orthographiam seruabo primam, diplomati vtrique consuetam, et aevo Carolingico ac Ludolfi accommodatam: numeros dabo accurate: nec eorum quicquam omittere est animus, quae ad integritatem scripti vlla ratione faciunt. Si qua fuerint, quae obscuritatem praefere videantur, in animaduersionibus adiectis explanabo. Ita enim pandetur via, obiectiones aliorum excipiendi et leuissima opera diluendi.

## §. XXVII.

*Diploma Ludolfi pro coenobio prioris Gandersheimensi, id est, Brunshufano.*

Diploma prius sic habet: Quia scriptum est, precium anime viri diuitie eius. Idcirco (a) ego Ludulfus, simul cum Coniuge mea Oda, quamdam hereditatis nostre partem (b) Deo et Dei ancillis tradendam pro redemptione anime nostre et eorum simul, quibus debitores sumus, iudicavi. Proinde omnes vbique in Christo fideles, tam praesentes scilicet quam futuros, nosse volo, me ad ecclesiam Gandeshemensem (c) sanctimonialibus ibidem Deo seruientibus tradidisse, quicquid in Gandeshemia marcu (d) et in Ruderia marcu et in Aluunga marcu habui, in terris, siluis, campis, edificiis vel

(a) Littera i in MSto caret punctulo supra posito, quod deum saeculo XIII. superscribi coeptum est ad confusionem litterarum cuitandam, vti *TOLANDVS* recte notauit.

(b) *AGIVS* in carmine p. 23. de Ludolfo:

*Romam perrexit, quo, cui concessa facultas  
Soluendi fuerat, soluere se peteret;  
Hinc dignos cineres Sanctorum vite reuectans  
Partem de proprio iure dedit Domino.  
Hic sacra sanctorum ossa locans - - -*

Designari videtur per facultatem soluendi licentia proficiscendi. Hanc, excepto Lothario et filio Ludouico, per Italiam nemo dare poterat. Cineres et ossa Sanctorum indicantur plura, vnde fides sit reliquiis multis in Diplomate memoratis. *AGIVS*, Monachus ipse Corbeiensis, sacra sanctorum ossa ibi locata esse tradit, vbi partem possessionum monasterio condendo Ludolfus destinauerat. Nil *AGIVS* significat de reliquiis Corbeiensis coenobio a Papa destinatis. Fuisse dudum Odae et Ludolfo animum condendi coenobium, scripta veterum docent. Corpora Anastasii et Innocentii monasterio, quod in propria hereditate fundauerat, Domino et eisdem sanctis tradiderat, fuisse destinata, idem *AGIVS* clare docet in Vita Hathumodae c. I. p. 4. Quare corrui *LEIBNITII* suspicio, qui existimat, Ludolfum reliquias Corbeiae nouae a Papa destinatas interuertisse et monasterio proprio tandem intulisse.

(c) Ludolfus sic vocat coenobium Brunshufanum, vti patet ex Hathumodae mentione, quae ibidem consecrata dicitur. Hinc diploma ecclesiae Brunshufanae, quae tunc vocabatur Gandesem, et cui Hathumoda ad obitum vsque praefuit, vindicandum est. Idem probe peruidit *BODO* in Syntagm. T. II. Meibom. p. 481. De cetero dubitari nequit, Brunshufam fuisse antea dictam Gandesem, quam coenobium maius in inferiori ad Gandam loco poneretur. Supra id ex *ROSVVITA* euici §. XXIII. c.

(d) Eodem modo legitur in Diplomate Ottonis I. T. II. *LEIBNIT.* p. 372. sq. *CHRONICON LAVRISHAMENSE* p. 67. *Arnolfus - quaedam res proprietatis suae in comitatu Wormaciensi in ROCCHESHEIMERO MARCHA et insulam unam - Laurishamensi praeposito tradit.* Vide praeterea Diploma Bernardi Episcopi Halberitadensis T. II. Leibnit. p. 374. vbi *marca* et villa \* sunt voces fere tantundem valentes. Vtinam haec fuissent *CALVOERIO* cognita, qui stomachatur circa hanc vocem et ex ea diploma Ludolfinum negat esse genuinum.

\* In Diplomate Ottonis III. dato a. 994. Indict. VII. memoratur praedium *Eskiniwage* nominatum in pago *GERMAREMARCHA* vocato et in Comitatu *Siggonis* situm. Conf. *LEVCKFELDI* Antiqq. Gandersh. c. XIV. §. 9. p. 112. vbi Diploma illud vitiose impressum est. *CHARTA* antiquissima a Duodone quodam scribi iussa anno XVIII. regni Caroli M. apud *GOLDASTVM* T. I. rerum Alemann. p. 137. *Ob amorem Domini nostri Iesu Christi et remissionem peccatorum meorum, ut veniam delictis meis consequi merear, in futurum trado donoque donatumque in perpetuum esse volo ad monasteria sancta Gallo, quae est constructa in pago Durgauinse, portionem meam in villa nuncupante quae dicitur SITINGA*

vel prius habitis vel postea constructis, mancipiis quoque diuersi generis vel conditionis, (e) mobilibus et immobilibus, et in quibuscunque rebus, cum omni integritate earum. Et ut haec traditio firmior esse, et indissolubilem per succedentia sibi secula auctoritatem habere posset, filiam meam Hathumodam nomine sacro velamine ibidem consecrari faciens, tam Imperiali (f) auctoritate quam Apostolicae sedis litteris, et Episcopali benedictione munire curavi, et sanctorum Christi Confessorum Anastasii Papae et Innocentii Papae corporibus, et tam sancti Saluatoris, quam eius sancte genitricis, et duodecim Apostolorum dignis reliquiis a venerabili Sergio acceptis adornare studui, cuius literas, quamuis in papiro, secundum priscam Apostolice sedis consuetudinem scriptas habeam, hic tamen propter eos, qui illas habere non possunt, ponere dignum duxi. Unde parumper legentes vel audientes a me ad illius verba se conuertant. Sergius Episcopus Seruus seruorum Dei, omnibus venerabilibus confratribus nostris Archiepiscopis, seu reuerentissimis et sanctissimis Episcopis, religiosis Abbatibus, gloriosis Ducibus, Clericis, Comitibus, atque cunctis fidelibus sancte Dei aeclesie presentibus scilicet et futuris. Omnis itaque Christianorum milicia sciat, ac sine vlla dubitatione indubitanter agnoscat. Quia mandante (g) nobis \* Domino atque inuictissimo Rege nostro

MARCA, in pago Bertoldesbara, quidquid ibidem in ipsa MARCA SITINGA tam de alode parentum nostrorum - - ERMENRICVS in Supplemento ad Theodorum Eremitam c. 14. marchas ponit pro limitibus, sed THEODORVS ille c. 10. pro pago p. 199. apud Goldastum l. c. MARCHAM ponit. Goldastus in Notis p. 253. Marcham vocat, quam paulo prius pagum dixerat, scilicet Keltinstein. Sic in Chartis legimus Zuckuriederomarc, Gossorueromarc etc. pro marca Zuckuriederana, marca Gossouiana. In quibus nominibus marca nihil aliud est quam territorium, districtus - Idem docet p. 254. pro marca etiam dictum esse margus et marcus. Haec CALVOERIVM nosse oportebat.

- (e) NITHARDVS L. II. p. 105. Lotharius in Saxoniam misit, Frilingis Lexibusque (liberis et libertis) quorum infinita multitudo est, si secum sentirent, ut legem, quam antecessores sui (eorum) tempore, quo idolorum cultores erant, habuerant, eandem illis deinceps habendam concederet. Conf. DV FRESNE in Glossario mediae et infimae latinitatis sub Vocibus Frilingus et Lazus.
- (f) Clementia imperialis ab Heringo, summo Thuringorum consiliario, unde Thuringi sunt dicti Heringasen, tribuitur Theoderico Francorum regi. WITECHINDVS Annal. L. I. p. 632. Imperialis auctoritas hoc loco adscribitur Ludouico, Lotharii nomine et ob societatem imperii et regni Italici, imperialem auctoritatem sustinenti. Reges deinde regnum suum vocarunt saepe imperium apud Germanos, sibi que tribuebant imperare et mandata imperialia, ut concedit et probat LEIBNITIVS. In Diplomate nigri atramenti a Ludouico iuniori a. 877. VII. Kal. Febr. dato adscribitur coenobio Gandersheimensi imperialis immunitas, quae ipsa repetitur ab Ottone I. in Diplomate a. 856. Werlae in Westphalia, coenobio Gandersheimensi, imperito.
- (g) Imperatorem et regem Italiae fuisse Dominum Papae eique mandare aliquid potuisse, patet ex formula iuris iurandi, quod Romae Clerus et populus Romanus a. 842. Ludouico Pio Imperatori et Lothario, eius filio, praestitit, hunc in modum: Promitto ego per Deum omnipotentem et per Sacra ista IV. Evangelia - - quod ab hac die in futurum fidelis ero Dominis nostris Imperatoribus Hludouico et Hlothario omnibus diebus, - et - ille, qui electus fuerit, me consentiente, consecratus Pontifex non fiat, priusquam tale Sacramentum faciat, in praesentia Missi Domini Imperatoris et populi, cum iuramento, quale Dominus Eugenius Papa sponte pro consecratione omnium factum habet perscriptum. BALVZIVS in Capitularibus T. I. p. 647. POETA SAXO ad a. 801. p. 152. obsequium delineat, quod Leo Pontifex Carolo Magno praestitit, renuntiato in Imperatorem Romanum:

Conclamat pariter populus, sacra personat aedes  
 Ingenti iubilo, vox fertur ad aethera plebis  
 Romanae, sic concordi simul ore canentis,  
 Augusto Carolo Magno, pacemque ferenti -  
 Gloria, prosperitas, regnum, pax, vita, triumphus.  
 Post laudes igitur dictas et SVMMVS EVNDEM  
 PRAESVL ADORAVIS, sicut mos debitus olim  
 Principibus fuit antiquis,

Quomodo Lotharius Imperator auctoritatem suam in Pontificem Romanum exercuerit, demonstrant ANNALES BERTINIANI ad a. 844. Gregorius - Pontifex decessit, cui Sergius succedens in eadem sede substituitur. Quo in sede Apostolica ordinato, Lotharius filium suum, Hludouicum, cum Drogone, Mediometricorum Episcopo, dirigit, acturos, ne deinceps, decedente Apostolico, quisquam illis praeter sui iussione Missorumque suorum praesentiam ordinetur antistes. Sergium hunc eodem tempore adiit Ludolfus, quare non mirum est, Sergium mandata et Lotharii et Ludouici respexisse. Sunt tamen loca, in quibus mandati et mandandi vox pro negotiorum commissione inter aequales adhibetur. Frequens ille est significatus in Iure Ciuili Romano.

\* Vid. IOANNIS GVILIELMI LANI antiquae ex peruulgatae de Quatuor Monarchiis sententiae plenior et vberior adfertio c. V. §. 5. p. 127. 128. 129. 130.

nostro Ludouico, (h) ut pro Coenobio, quod auus et eius postea carissimus genitor, in honore omnipotentis Domini dedicauerunt, (gg) ad eundem locum de sanctorum Christi corporibus mandare deberemus. In qua videlicet petitione congrua et satis iusta, hunc venerabilem et gloriosum Comitem Liutulfum nomine, qui eidem sacro loco praest, cum imperiali ad nos epistola dirigere studuit. Nos quoque tam saluberrimam dignamque postulationem cum magna letitia et exultatione suscepimus, et pro salute patrię, et magno caritatis amore, quem erga christianissimum (hh) Imperatorem et Dominum nostrum (i) habemus, beatissimorumque Christi praefulum corpora, Innocentii et Anastasii PP. nec non et Reliquias Domini ac Saluatoris nostri, sanctęque suę genitricis Marię atque duodecim (k) Apostolorum, ad predictum sanctum locum deferenda libenter praebuimus. Propterea has vobis omnibus in Christo pie viuentibus nostras Apostolicas sillabas monstrare iussimus, vt non, quod absit, increduli,

sed

(h) Otto I, eadem ratione se vocat *regem inuictissimum* in Diplomate apud *LEIBNITIVM* T. II, p. 374. nec non Arnolfus apud *SCHATENIVM* Annal. Paderborn. P. I. L. III. p. 215. 216. 219. Conf. Diplomata Ottonis L. IV. p. 278. l. c. 286. 289. Omitto exempla plura. Ludouico Lotharii primi filio, quippe qui rex Italiae, imperii socius et Sergii confirmator ratione electionis in sedem Papalem fuerat, insignis illa adpellatio denegari nequit.

(gg) Vocula *EIVS* ea aetate adhibebatur promiscue pro *SVVS* et *ILLIVS*, *IPSIVS*. Inde oriuntur ambiguitates, ni lux ex claris historicorum testimoniis succurrat. Quis hoc loco ille auus? quis genitor carissimus? Ludolfine an Ludouici II. ratione haec dicuntur? Vtrumque vacat absurditate. *LEIBNITIVS* alique Ludouicum Pium et Lotharium primum aut inconcinnius loco Lotharii Ludouicum Germanicum intelligunt ideoque in eam suspicionem incidunt, Ludolfum a Papa corpora duorum Pontificum suscepisse pro monasterio Corbeiae nouae ad Visurgin, siquidem id a Ludouico pio fuit conditum. Ludolfi genitores intelligit *ECCARDVS* in Notis ad Agii Vitam Hathumodae p. 28. cui adfuentum omnino videtur. Nam Egbertus et Bruno pater et auus Ludolfi fuerunt Christiani et heic ad Herciniae confinia tenuerunt possessiones, vbi coenobia praecipue videbantur extruenda propter nouellam Saxonum fidem Christo datam et propagationem euangelii in regiones septentrionales. Aedam autem et Odam impulsisse Ludolfum, vt destinata exsequeretur, insulsum non est.

(hh) Imperatores et reges Italiae dictos fuisse eo aevo christianissimos, incognitum quidem fuit *CALVOERIO*. At exempla non defunt. Ludouicus Pius a filio Ludouico Germanico dicitur *christianissimus Imperator* apud *SCHATENIVM* P. I. L. II. Annal. Paderborn. p. 130. ad a. 845. \* Agatho Episcopus Romanus nomine Synodi Episcoporum Occidentalium CXXV. ad Imperatorem Constantinum Pogonatum scribebat a. 680. hunc in modum: *ΣΥΝΟΔΟΣ ἦτις ἐν ταύτῃ τῇ θαλάσσῃ τῆς ὑμετέρας ΧΡΙΣΤΙΑΝΙ ΚΩΤΑΤΟΥ ΚΡΑΤΕΡ ΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ ΠΟΛΕΙ ΣΥΝΗΛΘΕ*. Synodus, quae in hac Romanorum urbe, vestro *CHRISTIANISSIMO* imperio subiecta, conuenit. *HARDVINVS* Conciliorum T. III. col. 1122. Simulac enim Caesares religioni christianae accederent, Episcopi et sacerdotes eis instillabant opinionem, imperium Romanum esse monarchiam illam quartam, in qua Christi regnum aeternum stabiliendum sit, iudice Daniele. Imperatores igitur eo enitebantur pro eius aetatis gustu, vt ecclesiam vniuersam christianam extrinsecus dirigerent, infidelium conatus auerterent et patrocinium religionis a Christo dictae susciperent. Ex eo factum est, vt imperium eorum diceretur christianissimum et ipsi vocarentur Imperatores christianissimi. Postquam vero Leo III. Carolum M. regem Francorum in Caesarem renuntiarum iusserat, regibus Franciae in posterum adpellatio illa fuit a sacerdotibus in Occidente adtributa, et successu temporis ab integro a Pontifice confirmata. Eadem de causa Imperatores dicuntur *pissimi*, vti Ludouicus I. in *CHRONICO LAVRISHAMENSI* p. 65. T. I. Freheri.

\* Auctor Vitae Mathildis c. V. §. 24. p. 204. vocat Henricum II. *Christianissimum regem*.

(i) Pontifices id aetatis Imperatorem Regemque Italiae vocabant Dominum suum. Adrianus II. Papa a. 872. Corbeiae nouae benignum concessit Diploma, quod ita finitur: *Scriptum per manum Stephani Notarii Camerae sacrae Romanae Ecclesiae, Imperante DOMINO NOSTRO piissimo perpetualiter Augusto Ludouico a Deo coronato magno Imperatore, anno XVIII - Apud SCHATENIVM P. I. Annal. Paderborn. L. III. p. 172.*

(k) Reliquiae illae supersunt Gandersheimi. Conf. *AGIVS* in carmine p. 23. Quis enim crederet, Sergium denegasse Ludolfo cineres aliasque minoris momenti reliquias, qui ei corpora Papatum ne quidem reculauerat impertiri? De cetero ob *CALVOERII* insultus obiter illustrari potest genius illius aetatis ratione venerationis sanctorum. *HIERONYMVS* aduersus Vigilantium disputans ostendit, quarto iam saeculo frequentata fuisse loca, vbi sanctorum putabantur ossa esse recondita, et ipsos, vt auxiliarentur viuentibus, inuocatos. *HIERONYMVS* aduersus Vigilantium T. III. f. 55. b. 56. a. ed. Froben. *Dolet (Vigilantium) martyrum reliquias pretioso operiri velamine, et non vel pannis, vel cilicio colligari, vel proies in sterquilinum, vt solus Vigilantium ebrius et dormiens adoretur. Ergo sacrilegi sumus, quando apostolorum basilicas ingredimur? Sacrilegus fuit Constantinus Imperator, qui sanctas reliquias Andreae, Lucae, et Timothei transfudit Constantinopolim, apud quas daemones rugiunt, et inhabitatores Vigilantium illorum se sentire praesentiam consentunt? Sacrilegus dicendus est et nunc Augustus Arcadius, qui ossa beati Samuelis longo post tempore de Iudaea transfudit in Thraciam? Omnes episcopi non solum sacrilegi, sed et fatui iudicandi, qui rem vtilissimam et cineres dissolutas in serico et vase aureo portauerunt? Stulti omnium ecclesiarum populi, qui occurrerunt sanctis reliquiis? - Si Apostoli et martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro ceteris: quando pro se adhuc debent esse solliciti: quanto magis post coronas, victorias et triumphos? Martyris fuisse loca sacra ossibusque eorum altaria imposita, dicere licet ex Can. XIV. Concilii V. Carthag. & *SPLITIO SEVERO* de Vita B. Martini c. XI. p. 320. lq.*

conditionis,  
itate earum.  
la auctorita-  
n consecrari  
piscopali be-  
pac et Inno-  
icis, et duo-  
studui, cuius  
nem scriptas  
dignum duxi.  
ant. Sergius  
Ius Archiepi-  
gloriosus Du-  
presentibus  
a dubitatione  
ictissimo Rege  
nostro

de alio parentum  
ichas ponit pro li-  
Ad ponit, Gold-  
elmslein, Sic in  
marca Gossioniana,  
et p. 254. pro mar-

(liberis et libertis)  
eorum) tempore,  
Doat, DV FRESNE

igit sunt dicit He-  
p. 632. Imperialis  
et regni Italici, im-  
perium apud Ger-  
LEIBNITIVS. In  
tur coenobio Gan-  
a. 856. Wehac in

uiffe, pater ex formula  
operatori et Lothario,  
Sera ista IV. Euan-  
gelistico et Ilthario  
refex non fiat, pra-  
li, cum iuramento,  
vixim. BALZIVS  
quod Leo Pontifex

reuerit, demonstrat  
e succedens in eadem  
vacant, cum Drogoni,  
igniam illi pro aeter-  
turi tempore adit Lu-  
e. Sont tamen loca,  
ales adhibent. Fre-  
ais sententiae plenior

sed modis omnibus existatis veraces, quod nos praedicto huic Luitulfo glorioso Comiti praedictorum Sanctorum corpora, Innocentii et Anastasii PP. siue reliquias dedimus. Haec sunt verba Epistolae, quam mihi Venerabilis Papa Sergius in papiro munitam dedit; Quam ita ideo huic traditioni meae inserere volui, ut, quicumque haec legeret, sciat, vel quanta auctoritate locus iste in Monasterium sit fundatus et consecratus, vel quorum Sanctorum corporibus ac pigneribus illustratus, vel ad quorum Sanctorum memoriam haec traditio, quam ad ecclesiam Gandeshemensem ancillarum Dei vrbibus deputavi, sit facta.,,

ed. Lips. 8. 1709. Petro Apostolo primas dabant doctores ecclesiae ideoque ei claves tribuebant regni coelorum tanquam praefecto arcis supremo. *POETA SAXO* ad a. 801. p. 151.

*Et jam natalis tanti (Domini Christi) cumulauerat omnem  
Laetitiam Roma Caroli praesentia Regis.  
Hic, quum Missarum sacro solennia ritu  
Incipienda forent, magnam processit in aulam,  
Quae corpus mundo venerandum continet omni  
Petri, cui claves Christus dedit ipse polorum.*

Auctor, Arnolphi Imperatoris aetate sese vixisse, ipsemet testatur. Veneratus praeterea, eodem *POETA* ad a. 803. p. 150. teste, Carolus est Martinum Augustae Turonum:

*Inque monasterio, sancti quo membra quiescunt  
Richarii, celebrauit ouans solennia Paschae.  
Tramite tum coepto properans peruenit ad urbem  
Turonicam, Martine, tuam, sanctissime, tumbam,  
Qui confessor Apostolica virtute coruscus  
Effulges, adiit quaerens suffragia supplex.*

Carolus igitur praecipua profecutus est veneratione Petrum Apostolum, qua tenentem claves poli, et B. Martinum Turonensem. Qualis rex, talis grex. Quis igitur alienum personis et temporis iudicabit, Ludolfi familiam Petro clauigero et B. Martino inignes detulisse honores?

#### §. XXVIII.

*Arimaduerfiones ad Diploma illud vindicandum.*

Adest ab hoc diplomate locus conscriptionis vterque. Deest in epistola Sergii mentio Gandershemii et annus vel Imperatoris vel nati Christi. At vero mos vterque tum nondum erat constans et perpetuus. Sufficiebat memoriae foundationis retinendae scriptum eiusmodi, siquidem plena tuitionis auctoritas a Rege erat expectanda. Coenobio, quod Ludolfus erat conditurus, Sergius nomen indit nullum, quia eo adhuc carebat. Ludouicum, Imperii paterni socium, dici *Dominum atque inuictissimum Regem*, insolitum haud est. (a) Ludolfus dicitur *Comes venerabilis* pro consuetudine illius aevi. (b) Nondum ea tempestate inducta erat consuetudo adpellationum et adiectio- num honorificarum fixa et immutabilis, quin potius nomina regum, comitum, et imperatorum adiectitia erant varia. Ita Imperatores dicebantur *victoriosissimi, christianissimi, piissimi, serenissimi, gloriosissimi, inuictissimi, (c) religiosissimi.* (d)

(a) Apud *MEIBOMIUM* T. I. rerum German. p. 747. 748. 749. Conf. *Diplomata Henrici II.* apud *LEIBNITIVM* Tom. II. p. 377. 378.

(b) ODA dicitur *coniux venerabilis* et *LYDOVICVS SAXO rex venerabilis* apud *LEIBNITIVM* T. II. p. 373. 374. et *LEPCKFELDIUM* in *Antiqq. Gandersheim.* c. XIV. §. 6. p. 99. *COBBO* dux Saxoniae occidentalis dicitur *venerabilis Comes*, in *ALFRIDIVM* Vita S. Ludgeri L. III. §. 20. p. 97. T. I. Leibnit. *MATHILDIS* posterior Henrici Aueupis vxor dicitur *venerabilis* a *DITMARO* *Annal.* L. I. p. 328. *CONSTANTIVS CHLORVS* dicitur *Gallis venerabilis* ab *EVTROPIO* *Hist. Rom.* L. X. c. 1.

(c) *HVBERTVS* in *Vita S. Gudilae* c. VIII. p. 521. T. I. Mens. Ianuar. Actor. SS. Videantur *Diplomata* apud *Meibomium*, *Mabillonium*, *Schatenium*, *Vghellum* aliosque.

(d) *CHARTYLARIUM WERTHINENSE* p. 101. T. I. Leibnit. & sqq.

#### XXIX.

*Vita et fata Hathumodae, Abbatissae primae.*

Operae est pretium, ea illustrari, quae Ludolfina charta de Hathumoda, Abbatissa Gandeshemensis prima in Brunteshufen, strictim et obiter commemorat. *Hathumoda* dicitur *ex hat* seu *heit* et *moth*. Animosam, intrepidam et pectore calentem diceres. Denominatio haec illi aetati erat satis frequens, vti ex Glossario patet, quod *GOLDASTVS* vetustis rerum Alemannicarum scriptoribus interseruit. *Hathumoda* Abbatissa diem suum

suum obiit anno 874 29. Nov. nata annos triginta et quatuor, (a) vnde, eam a. 840. in lucem fuisse susceptam, pronum est iudicatu. Elogium ei *AGIVS PRESBYTER* decantat amplissimum. (b) Quum adolefceret paullulum, Deo sacrata et Herfordiensi monasterio, quod tum Sanctimonialium nomine famosissimum erat, secundum disciplinam S. Benedicti nutrienda aliquamdiu commendata est, vti idem *AGIVS* praedicat. *ROSWITA* id ipsum distincte confirmat. (c) Coenobium Heriuordienfe Ludouicus Pius ad modum et exemplum monasterii virginum sacrarum Sueffionensium in Gallia instituerat, (d) iuuante et impellente Cobbone Comite, qui nepti ex sorore *HADVVITAE* seu Hadwigi admodum fauebat, quam inibi Abbatisfae dignitatem obtinuisse, memoriae proditum est (e) Antehac quidem Saxo quidam nobilis, Waltgerus, in Mudehorst, et paullo post in Heruorden (f) coenobium inchoauerat eique *SWALAM* de cognatione sua Abbatisfam praefecerat. Sed instauratio, amplificatio et virginum ad Sueffionense institutum deductio auctorem nacta est Ludouicum Pium et Cobbonem Comitem. Haduwitam, Hettam seu Thettam excepit *ADDILA*, cui Ludouicus Rex Germaniae anno 853. infignes impertitus est donationes. (g) Addilam illam ipsam dicit *IOANNES GEORGIVS* ab *ECCARD* fuisse eandem ac *venerabilem* Hathumodae *amitam*, *grandaenam*, et *senio confectam*, quae Hathumodae moribundae indefessa adfistebat. (h) Hathumodae aetatem in Addilae illius gubernationem incidere, omnino fatendum est. Nam illa anno 852. honores Abbatisfae induit, paullo ante apud Heriuordienfes, vsquedum duodecennis esset, instituta. Quamobrem, disciplina Addilae eam fuisse imbutam Heriuordii, nullus dubito. An autem Addila illa fuerit Ludolfi soror, quaestio est maioris momenti et disquisitionis paullo difficilioris. Verum, nec hoc inficiandum esse, existimo et ad credendum in animum induco. Nam Addilae fratres erant Warinus(i) et Cob-

(a) *AGIVS* in Vita Hathumodae c. IX, p. 12. *Deceffit - tertio Kal. Dec. feria secunda, Anno incarnationis Dominicae 874. Indict. VII. Vixit in sancto proposito annis viginti duobus, Omnes anni vitae ejus fuerunt triginta quatuor.* Fallitur igitur *CHRONICON EP. HILDES. et ABB. MONAST. S. MICHAEL.* p. 785. T. II. Leibnit, qui XVIII. annos dignitatis ei et annum emortualem 870. tribuit.

(b) *AGIVS* ibidem c. I. p. 3. 4. *Natalium dignitate nobilissima, mentis sanctitas melior fuit; nam ab ipsa statim pueritia quamdam futurae indolis speciem praetendens, puerilem lasciuia Christiana grauitate mutauit: iocos et innoxios licet lusus, huiusmodi aetati familiares, in tenero quamuis corpore matriseri animo, ut vanos, irrisit, ut ad nihil utiles contempsit, aurum et adparaturam pretiosam, quae infantes, utpote pulchra, quanquam innocenter, concupiscant, neque comcupiuit, neque habere voluit; nam vestes auro paratas, mitras, vittas, discriminata, manures, lunulas, monilia, armillas, dextrariola, strophia et olfactariola, ad quae vel habenda vel portanda plurimarum feminarum inardescit ambitio, et vtro secundum parentum facultatem et dignitatem oblata, suscipere recusauit et contra voluntatem sibi imposta anxie ingemuit, vehementer fleuit - - Litteras, ad quas alii discendas verberibus coguntur, ipsa vltro studio adpetiit, infatigabunda meditatione addidit.*

(c) *ROSVITA* v. 109. 199. de Ludolfo et Oda:

*Atque sui natam decreuerunt Hathumodam  
His habitu similem fieri sociamque perennem  
Atque puellaris Rectrix fore posset ouilis,  
Primitus hanc ipsam reuerenter ad instituendam  
Tradebant Abbatisfae cuidam Venerandae  
Quae Praelatarum vice succedendo priorum  
Tunc Herifordensem sortita fuit sibi sedem  
Tali diuinum meditati sunt famulatum.*

(d) *WIGANDVS* in Vita B. Waltgeri p. 292. *Rex Heriuordiensem ecclesiam - - secundam inua sueffionis in Gallia constituit.* Diploma Ludouici Germanici apud *MABILLONIVM* in *Obferu. de translatione Viti* §. VIII. p. 526. saec. IV. Benedictino P. I. *Piae memoriae genitor noster Hludouicus Imperator ambo monasteria exstrui iussit, ad normam videlicet praecipuorum in Gallia monasteriorum, normam utique Corbeiam ad similitudinem antiquae Corbeiae, Herifordense vero coenobium ad exemplum monasterii Sanctimonialium in sueffionis ciuitate existentium.* Diploma Ludouici Pii apud *SCHATENIVM* *Annalium Paderbornensium* L. II, ad a. 823. 824. p. 74. ei ipse *SCHATENIVS* ad a. 825. p. 79. 199.

(e) *Auctur Translationis S. PVSINNAE* 6. III. p. 182.

(f) *SCHATENIVS* l. c. ad a. 825. p. 80. Simon Fridrich *HABNE* in *der Reichs-Historie* P. I. c. 2. §. 12. p. 151. *WIGANDVS* in Vita S. Waltgeri p. 291.

(g) *SCHATENIVS* ad a. 853. p. 141. vbi Diploma illud Ludouici regis e tabulario Heriuordensi adfert.

(h) In *Notis ad Agii Vitam Hathumodae* p. 33.

(i) *CHRONICA OSNABRUGENSIVM* p. 200. T. II. Meibom. *Ecclesia Osabrugensis ut sedem querimoniae Reuerendi Domini Patris Egilmari Episcopi infra scriptis attestantur, a multis inuaditur, recipitur, dispergitur et dissipatur. Quidam Comes distissimus, COBBO, fidelis illius Imperatoris Ludouici*

oriofo Comi-  
as dedimus.  
munitam de-  
aec legeret,  
secratus, vel  
nctorum me-  
dei vibus de-

tribuebant re-

erca, eodem POETA

m clauis poli, et  
tempori iudica-

epistola Sergii  
ero mos vter-  
indationis reti-  
rat expectan-  
nullum, quia co-  
atque multissimum  
infectudine illius  
um et adiectio-  
nium, et impe-  
christianissimi,

II, apud LEIBNI.

NTIVM T. II. p.  
dux Saxoniae oc-  
97. T. I. Leibnit.  
nal. L. I. p. 324.  
X. c. I.

ur Diplonata apud

moda, Abbatis-  
fat. Hathumoda  
m dices. De-  
GOLDASTVS  
Abbatisfa diem  
suum

Cobbo, (k) ille Abbas primus Corbeiae nouae, tum a Ludouico prope Huxariam conditae, hic vero comes longe ditissimus. Hi omnes procreati sunt ex Egberto et Ida. (l) Ludolfum autem ex Egberto et Ida fuisse natum, supra, ni fallor, ostendi. (§. 16. 17.) Aut igitur Addila illa fuit olim maritata, et postmodo, quum fieret vidua, pro ritu saeculis illis familiari vitam coenobialem amplexa est, vt Hadwigis ipsius fuerit filia et Warini ex sorore neptis, quod omnino fit verisimile: aut alia praeter hanc eiusdem nominis fuit filia, quam annales prorsus ignorant, qui huc vsque exstant et in lucem protracti sunt. Ita tandem adparet ratio, cur Hathumoda infra duodecimum aetatis annum Heriuordio commendata fuerit. Ex eodem fonte deriuanda sunt auspicia eruditionis in Saxonia orientali, praecipue in Brunteshusen et Gandesem. Nam Heriuordium Ludouicus Pius ad normam Sueffionensium virginum sacrarum emendauerat. In Gallia autem, imperantibus Carolo M. et Ludouico Pio, studia septem artium et sacrarum litterarum egregie florebant. (m) Quare non est mirandum, si Hathumoda, testante Agio, ex aemulatione illius aevi vltroneo studio indefessa litteras addidit, et pietati sanctitatisque, quantum lux concessa illi aetati patiebatur, operata est. Cunctis enim Heriuordii morantibus fociis exemplo fuit optimo. In posterum etiam fuit ea, quae sancta et incomparabilis femina dici mereretur. (n) Anno a. 852. duodecennis nouo coenobio Gandesemensi, quod nunc Brunshusanum vocamus, fuit praefecta (o) in Abbatissam primam, et ab Episcopo Hildeshemensi Alfrido ibidem inaugurata. (p) Auctoritatem imperialem Ludouicus rex Italiae concesserat Ludolfinae destinationi in exstructionem coenobii latae. At regia tutela opus erat in Germania, vt immunitate principibus propria monasterium gauderet. Ipsa tamen Hathumoda eo vsque vitam non prorogauit, vt illud regiae tuitioni mandatum et innexum distincte fuerit. (q) Anno enim demum 877. Kal. Febr. diplomate Ludouici Saxonis immunitas regalis ac imperialis coenobio Gandeshemensi adtributa et impertita est. Templum Brunteshusanum in hanc diem perdurat ita exstructum, vt extremitas orientalis promineat in tres ellipses dimidias, quae Gallis *niches* dicuntur, a quarum media quippe triplo latiori et maiori atque dextra minori chorus et naus ecclesiae procurrit ad occidentem. Ellipsis sinistra minor fuit dicata facello priuato, quod a templo interuentu muri intergerini disunctum est, eum in finem indubie, vt ibi res sacrae priuatissime possent peragi. Sacello iungitur ad occasum ala, conclauibus virginum constans. Fundamentum coenobii innititur limo giluo, qui multum ex argilla traxit. Ne igitur solum concuteretur vel ad latera subsideret, fistucae lignae longissimae intra humum fundamentis lapideis ad perpendicularum suppositae et immisae sunt, quibus ex parte murus ipse innititur. Coenaculum, vulgo *refectorium*, ad memoriam et inspectionem nostram superest in ima aedificii septemtrionalique parte.

Spa-

de praedictae Ecclesiae Osnabrugensis Episcopo, quicquid voluit agere, adeptus germano eius, nomine *Werin*, in Monasterio Huxariensi tunc temporis Abbate, et Sorore eius in puellarum coenobio Heriuordensi Abbatissa degentibus, quantum voluit de decimis, quae ad eundem Episcopatum pertinebant, tradidit ad eadem Monasteria.

(k) Vt ex eodem loco et sequenti patet.

(l) *Auctor Translationis S. PYSINAE* §. 2. p. 182. Tom. I. Leibnit. Quo in monasterio (Corbeiae Franciae) primus Abbas (Corbeiae nouae) ab iisdem Venerabilibus (Adalardo et Wala) institutus est *WARINVS*, nobilissimo genere propagatus: Fuit enim gentis *ECBERTO* clarissimo Comite et Duce, et matre splendidissima nomine *IDA* tam naturae muneribus et generositatis quam elegantia morum, cuius (Warini) fratres adaeque clarissimi viri, magnis dignitatibus illustres et apud exteros et apud domesticos enituerunt.

(m) *SIRMONDVS* Concilior. Galliae T. II. p. 121. 122. 308. 151. *IOANNES LAVNOIUS* de scholis celebrioribus a Carolo Magno instauratis c. l.

(n) *AGIUS* in Vita Hathumodae c. IX. p. 12.

(o) *Agius* l. c. *Decessit sancta haec et incomparabilis femina tertio Kal. Dec. feria secunda, Anno incarnationis Dominicae 874. Indiæ. VII. Vixit in sancto proposito annis XXII. Omnes anni vitae eius fuerunt XXXIV. BOTHO* in Chronico picturato T. III. Leibnit. p. 299. de Ludolfo; *Vne satte dar* (in Gandesem prior) *in dar Closter syne eldesten Tochter to eyner Ebbetyne, de was dar XXII. Jar - - CHRONICON QVEDLINBURGENSE* T. II. Leibnit. p. 278. ad a. 852. *Inchoatio Ganderheimensis Monasterii in antiquiori loco et aduentus sanctorum Confessorum Anastasis atque Innocentii.*

(p) *CHRONICON HILDESHEIMENSE* T. I. Leibnit. p. 743. *Episcopus ALTFRIDVS* a. 852. cum Ludolfo Gandeshemense coenobium primo in Brunteshusen et IV. posthaec anno - in Ganderheim inchoauit. Qui et Ecclesiam ibidem aedificare coepit et Hathumodam, eius Ducis filiam, primam Abbatissam ibidem ordinauit. *BODO* In Syntagm. p. 482. T. II. Meibom. Reuersus (Ludolfus) ad lares proprios laudabilem virginum adunauit chorum regi summo desponsandarum, quibus filiam suam Hathumodam, alias iam bene vitam coenobialem doctam, et Alfridi Episcopi Hildeshanorum benedictione in Abbatissam consecratam praefecit.

(q) *AGIUS* in Vita Hathumodae c. III. p. 6.

Spatium coenobii est satis arctum et circumscriptum, vt vix virgines duodecim comode potuerit capere. Hathumoda haec singula probe perpendens, morbo lectoque grauitate defixa, *monasterii sui statum tenerrimum deplorare coepit.* (r) Vt autem locus compluribus virginibus sufficeret, effecit ordo ad exilitatem splendoris reuocatus et ab omni honoris pompa segregatus. (s) Seueritas et disciplina probabatur Hathumodae, dummodo numini supremo probata et cum emendato animo fuit coniuncta. Id erat Hathumodae eximium decus, quod sacrarum litterarum et legendarum et docendarum esset studiosissima: (t) quod splendidi nihil fere in victu et cultu amaret, idque tantum singulare haberet, quod concessis a Deo voluptatibus etiam renunciarer, quum enim ceterae Canonicae virgines lineis ad carnem vestimentis seu indusiis vterentur, ipsa duntaxat laneum, instar Minoritarum gestaret: (u) ut nihil effici a sociis virginibus vellet, cuius ipsa non edidisset prius specimen luculentissimum. (x) Quid memorem disciplinam eius et circumspectionem malis vitandis inuigilantem? quid benignitatem, charitatem, correctiones sororum blandissimas, ardorem expromendi concipiendique preces, modestiamque in sermone, victu vestituque edisseram? Quid enarrem eius abstinentiam a carnibus et summam virginitatis custodiam? (y) Inter conuiuandum et edendum semper tractabat sacra. Nam de Deo, de coelestibus, de diuinis litteris tum commentabatur et sermones instituebat miscebatque, tum interrogabat aliquid et docebat, vt, dum corpora nutrimentis de terra adicitis recreabantur, animi veritatibus diuinis cum summa felicitate coagmentatis oblectarentur et reficerentur. Presbytero *WULFHARDO* Hildesensi vsa est a confessionibus sacris et administratione coenae sacrae. (z) Morienti ipse Episcopus Hildeshemensis *MARQUARDVS* cum clericis praesto fuit, (aa) qui omnino postea quoque et antehac pro summo doctore Brunshufano est habitus. (bb) *AGIVS*, qui vitam eius scripsit ex professo, Christi que sacerdotem se vocat, languentes virgines, medicina indubie, reficere solebat. (cc) Medicus igitur seu archiater Abbatissae et coenobii Brunshufani fuit *AGIVS*, id est, Germanica voce *Wichbertus*, monachus Corbeiensis, posthaec Episcopus Hildeshemensis. (dd) Nullus dubito, quin hic Wichbertus, ex quo a. 880. Marquardus cum Brunone duce, Ludolfi filio natu maximo, in praelio ad Ebstorf seu potius Hamburgum ceciderat, gratia Ottonis, Ducis magni, aequae filii Odae, ad episcopatum Hildesensem peruenerit,

(r) Idem loco excitato p. 6.

(s) Idem c. I. p. 4. *Communis omnium vita, communis victus, habitus consimilis erat, qui tamen mediocris, nec nimium felicitate cultus, nec admodum vtilis, neque ex integro laneus erat. Quarum nulla cum parentibus aut quibuslibet hospitiis aut manducabat, aut, nisi permessa, loquebatur; nullus cuiquam, quod plerisque sanctimonialibus mos erat, extra monasterium aut ad parentes aut possessiones subiectas egressus; extra communem refectiois domum vel horam nulla cuiquam manducandi licentia, nisi infirmitas coegisset; uno omnes constitutae in loco simul cibum capiebant, simul quiescebant, simul ad canonicos cursus orandi hora conueniebant, simul egredientes, quod operandum erat, operabantur. Cellulas intra claustrum proprias aut seruitrices nulli habere licebat. Extra in villula ideo habitabant, quia necdum illis ex parte matris spiritalis vestimenta, propter rerum insufficientiam, dabantur; pauperioribus, quae alsunde habere non poterant, ipsa ministrant. A viris tanta separatio erat, vt nec presbyteri quidem, nisi infirmitatis necessitas poposcisset, claustrum earum intraderentur, aut aliqua rationalis secundum officii eorum ministerium causa postulauisset. Haec sunt, quae et fere communia cum ceteris fuerunt.*

(t) *AGIVS* c. III. p. 5. 6. *Scripturarum lectioni et ipsa sedula insistebat et insistentes summopere diligebat.*

(u) *AGIVS* c. II. p. 4. *Ita communem cum ceteris vitam et victum habebat, vt, quum carnis esum certis diebus & statutis temporibus ipsi non negaret, sibi non indulgeret; ita consimilem habitum habebat, vt, quum a laneis ad carnem vestimentis, si quae hoc vellet, alsas arceret, ipsa laneum haberet.*

(x) *AGIVS* c. II. p. 5. *Ita cum ceteris ad Ecclesiam orandi hora conueniebat, vt aut prima aut inter primas veniret, postrema egrederetur; ita cum ceteris in eadem domo dormiebat, vt ad lectum postrema ueniret, de lecto prima surgeret.*

(y) Loco adducto idem: *A carnibus ita abstinnit, vt cum ceteris cibus et potu necessario panem quoque ipsum parcissime sumeret; saeculo autem non solum exterioribus rebus, sed etiam in animo intus et voluntate renuntiauit; Virginitatis propositum ita caute seruaust, vt nullis inuisidus detrahendi locus daretur.*

(z) *AGIVS* c. V. p. 8.

(aa) *AGIVS* c. VIII. p. 11.

(bb) *AGIVS* in Carmine p. 23.

*Doctrina vos vero mea non prorsus egetis;*

*Est qui vos DOMINVS instruat interius.*

(cc) (dd) *AGIVS* in Vita Hathumodae c. IV. p. 7. *CHRONICON HILDESHEMENSE* T. I. Leibnit. p. 743. *Anno deinde 880. Wichbertus Episcopus electus est, qui suo tempore medicinae artis peritissimus fuit, et Bibliam, quae adhuc in monasterio seruatur, propria manu elaborauit.*

ixariam con-  
berto et Ida,  
fi. (§. 16. 17.)  
pro ritu fac-  
ticia et Wa-  
eiusdem no-  
uicem protra-  
etatis annum  
ia eruditionis  
iuordium Lu-  
at. In Gallia  
sacrarum litte-  
reflante Agio,  
ietati sanctita-  
nim Heriuor-  
dae sancta et in-  
coenobio Gan-  
Abbatissam pri-  
Auctoritatem  
exstructionem  
incipibus pro-  
on prorogauit,  
enim demum  
rialis coenobio  
in hanc diem  
ipses dimidias,  
fi atque dextra  
a minor fuit di-  
n est, eum in fi-  
tur ad occasum  
limo giluo, qui  
sideret, fistucae  
m suppositae et  
o refectorium, ad  
trionalique parte  
Spa-

ermano emt, nouime  
coenobio Heriuor-  
um pertinebant, ita-

monasterio (Corbie:  
Wala) institutus est  
o Comite et Duce, et  
gantia morum, cuius  
teris et apud dome-

IOVS de scholis et

ada, deuo intarar-  
vitate eius fuerit  
e satis dar (in Geo-  
XII. 1or - - Chro-  
er:bermensu Monas-

S a. 852. cum Ludol-  
ander:hem inchoauit,  
man Abbatissam (ci-  
us) ad lares propri-  
m suam Hathumodam,  
dacione in Abbatissam

rit, nam Duces a Ludolfo propagati ad saeculum XIII. vsque fuerunt tutores et domini episcopatus Hildeshemensis. Agium *HATHVMODA* praecipue in deliciis habebat, adeo vt ne mori quidem tranquille posset, priusquam ille aduolasset. Eam beneuolentiam Agius data occasione crebris celebrat laudibus et somniando etiam testatus est. (ee) Ipsa tamen mori tandem non poterat, nisi Agius abiisset prius e conspectu, (ff) qui Hathumodae suumque mutuum amorem sororibus superstitibus Abbatissae praedicat, (gg) somnio etiam comprobato. (hh) Vnde patet, Agium alibi habuisse domicilium, qui etiam Dominum suum Abbatem et fratres suos memorat, (ii) verosimillime Corbeiae commoratum. Morbum fatalem conciliauit Hathumodae nimia uictus austeritas, et ex ea enatus languor ac valetudo aduersa. Aër eo anno erat nocentissimus, et sterilitatem agrorum inducebat. (kk) Hinc virgines sacrae morbis affligi coeperunt. Eas lecto adfixas dum Hathumoda frequentabat, ipsa morbi letalis contagionem contraxit. (ll) Piget adscribere huius fructus imaginationis, morbo deprauatae, modo enim flores egregios, modo S. Martinum, modo alia inuisitata videre sibi uisa est. Praecipue aegrotanti diligentissime adstitit mater ODA, aliunde arcessita, et Venerabilis amita, quam fuisse Addilam supra demonsttrauimus. Sororum tum maxime enituit pietas, nam nunc lectulo adsidebant, nunc lassae adstabant, nunc lectum componebant et puluillum capiti supponebant, nunc ipsam lectulo eleuatam corpore suo sustentabant, nunc manus fricabant, pedes calefaciebant, stomachumque refouebant. Ipsae aestuantem flabello refrigerabant: ipsae aquas ad lauandum temperabant: ipsae cibum parabant simul et adponebant, ac in singulis, quae agenda uidebantur, altera alteram praueeniebant. (mm) Ingrauescente ad extremum vi morbi, inter concentus canticorum Dauidicorum placide obiit, quum recitarentur uerba: *Me autem propter innocentiam suscepisti et confirmasti me in conspectu tuo in aeternum*, (nn) anno 874. die XXIX. Nouembr. (oo) In templo Gandesemensi, quod nunc

(ee) *AGIVS* l. c. c. IV. p. 7. *Eodem tempore, aegrotante Hathumoda, quum et nos ibidem essemus et iam discedere uellemus, nequaquam permisit, subridendo dicens, incertum nobis esse, quanto tempore ea fruis et eam uidere permitteremur; si citius eam decedere contingeret, tunc nos poenituros fore, si tunc contra uoluntatem eius discederemus; simulque et per se ipsam et per plerasque sorores suas alias multum nos rogare coepit; ut, siquidem eam infirmatam audiremus, uenire non supersederemus. Quare idem c. VI. p. 9. Quod minus mirum uidetur, quum etiam nostrae exiguitatis indignissimam paruitatem et sana supra modum excoluerit et iam infirma immani desiderio uidere cupierit. - Siquando aliter in dolore ad aliquid gustandum adduci non poterat, hac arte sibi persuasum, si aut a nobis transmissum aut a nobis paratum diceretur. Nec moritandem Hathumoda potuit, nisi Agius e conspectu eius discessit,*

(ff) *AGIVS* c. VII. p. 10.

(gg) *AGIVS* in Carmine p. 23.

*Vnde quia alternum nostrum bene scitis amorem,  
Hoc vos adfectu diligo, teste Deo.  
Doctrina vos uero mea non prorsus egetis;  
Et qui vos Dominus instruat interius.  
Quidquid in obsequio esse potest, ad hoc fore promptum  
Et me promitto et fore non dubito.*

(hh) *Ibidem* p. 25.

*Iam sex transierant noctes, et septima uenit,  
Postquam discessit, jamque humata uenit,  
Quum cubitum me uicina iam luce locassem,  
Vidi me in uestro esse monasterio.*

(ii) *AGIVS* in Vita Hathumodae c. VII. p. 11.

(kk) *Idem* in Carmine p. 13.

*Hoc nos hic annus praemonuit sterilis  
Egregiam, castam, sanctamque per omnia matrem,  
Hinc migraturam ocyus ad Dominum.*

(ll) *AGIVS* in Vita Hathumodae c. III. p. 6. *Paruo ante suam infirmitatem tempore quum pleraeque sororum grauius languissent, dici non potest, quanta solitudine inter singularum lectos discurreret, quanta suauiditate singulas adlocuta fuerit, quam miris et diuersis obsequiis molestiam earum corporalem lenigare tentauerit - Et c. IV. p. 7. Quum inter aegrotantes sedula discurreret, ipsa in infirmitatem incidit, aliquamdiu tamen infirmitati reluctata uincere eam, uel potius eludere, putauit.*

(mm) *Loco excitato* c. VII. p. 9. 10.

(nn) *Ibidem* c. VIII. p. 11.

(oo) *Ibidem* c. IX. p. 12. *CHRONICON RHYTHMICVM PRINCIPVM BRVNSVICENSIVM* T. III, Leibnit, p. 11. 12.

Sin



nunc Brunshufanum vocatur, fuit sepultum ipsius corpus, (pp) postea autem in templum cathedrale Gandershemii recentioris translatum. (qq) Solent vitarum scriptores solerter signa coeli terraeque notare, somnia etiam et alia, quae in natalium confinia mortisque incidunt. Crediderim equidem, committi plerumque vitiosum argumentandi speciem, dum ea per modum causae et effectus connexa esse iudicamus, quae tempore inter sese cohaerent. Ne quid tamen omisisse videar, consuetudini peruulgatae faciam satis. Paulo antequam Hathumoda morbo mortifero implicaretur, sorores

*Sin Wille (Ludolfi) an öme noch mer wart bekant,  
Sin lebe dochter HATMOT  
Reyne, kusch, vnde gut  
Offerde he se an witten kleide  
Dat se dar an leuede bereide  
Ein Abbatsse were;  
Der plag se mit tuch vnde mit eyen  
Wol XXII Jar;*

(pp) *AGIVS* in Vita Hathumodae c. VIII. p. 11. *Lauato corpore et digne linteolis inuoluto, cum digno virginum comitatu et psallentium choro, puellulis, quae cereos ferebant, praesentibus, ad Ecclesiam humeris sacerdotum deportata est TANGMARVS PRESBYTER* in Vita Berwardi Episcopi Hildesienfis L. I. c. XIII. p. 446. T. I. Leibnit. *Territorium Gandesemense, situm in pago Flencchi, cum adiacentibus villis ad \* prouisionem Hildensemium Episcoporum, ex quo primum Episcopia per Saxoniam sunt determinata, certum est, pertinere. - Temporibus namque ALTFRIDI Domini, qui quartus ecclesiae nostrae antistes exstitit, LVIDOLPHVS, Saxoniae Dux, cum religiosa concetrice sua ODA, magno studio in diuino cultu accensi, consilio Antistitis praescripti Romam perrexit: ibique a Domino SERGIO Papa magnifice suscepti, quum uorum illorum in diuinis cognouit, datis reliquiis sanctorum praesulum Anastasi et Innocenti, cum benedictione a se dimisit. Ad patriam itaque Dei gratia peruenientes consilio Domini Alfridi coenobium virginum Dei primo Brunesteshusen adunarunt: filiam quoque Domnam HATHUMODAM XII. annos habentem praefato Episcopo in regimen intromittendam assignarunt, Anno Dominicae incarnationis 852. Rabano Mogontiae praesulente: omnem autem prouisionem praedicti loci et congregationis Domino Alfrido commiserunt. Vnde enoluit aliquot annis, Karolo Rabano succedente, anno 856, auspiciatus est ipse quemdam locum super fluuium Gande, quem a fluuio Gandenesheim nominauit; ibique, consentiente Duce, fabricam monasterii maiori ambitu inchoauit. - Locus namque pratorum ac nemorum amoenitate aptior, tutior quoque situarum densitate ac palustri immunitate ad habitationem Deo militantium uisus est. Defuncti itaque sunt ante consummatam fabricam Gandenesemensis Ecclesiae et Dux ac Domna Hathumod sepultique in antiqua ecclesia Brunesteshusen positaque in regimen Domna Gerburgis prima, soror Domnae Hathumod, Alfrido uenerabili Episcopo mediante, Luthero quoque Mogontino Episcopo - Wigbertus omnem religionem et disciplinam cum Domina Oda et Gerburga Abbatisa in praefato loco inchoauit et perfecit.*

\* Episcopo Hildesienfi non subauerunt Abbatisa eiusque templa et Parochiae. Lites enim Gandershemenses non nisi ad Imperatorem et Papam sunt delatae. Exempla Ottonis II. et Henrici II, negotia Gandershemensis Abbatisae aduersus Episcopum Hildesensem per se definitum, sunt in promptu. Ipse Papa non vno documento Abbatisam exemit omni Episcopatu. Quum autem Episcopus Hildeshemensis esset in proximo, eius plerumque opera et munere vsae sunt Abbatisae Gandershemenses, quantum ad doctrinas theologicas et animarum curam adinet. Ante hos autem annos sesquicentum consensit Abbatisa in moderationem doctrinae et rituum ecclesiasticorum, quam Serenissimi Ducis Guelferbitanorum consilarii ecclesiastici administrant.

(qq) Pergit Tangmarus: *Pracerat autem Domna GERBURGIS congregationi XXII. annos, posteaque est in NOVA ECCLESIA iuxta Hathumodam. BODO* in Syntagm. p. 488. T. II. Meibom. *Falsum igitur est, Hathumodam inauguratam fuisse primo in Brunesteshusen, deinde in Gandersheim. NOMINA ABBATISSARVM* Bodonis Syntagmati subiecta p. 335. *Hathmoda illa primum in Coenobio Brunesteshusen abbacia consecrata fuit ab Episcopo Hildeneshemensi Alfrido, deinde in Gandershemensi. Confudit auctor duplicem significatum Gandershemii facti, prius enim est ipsum Brunesteshusen, ut supra demonstrauit; posterius est Gandershemium recentius, oppido iunctum et spectabile. De priori agit COAMPILATIO CHRONOLOGICA AVCTORIS ANONYMI* apud Maderum p. 122. 123. *Ludolphus Dux Saxoniae, pater Brunonis et Ottonis, Romam profectus, a Sergio Papa reliquias SS. Praesulum Anastasi et Innocenti impetratas detulit in Gandershem. Illic cum filia sua Hadomoda, prima Abbatisa Ecclesiae, quam sibi construxit, contulit XI. millia mansorum et solemne coenobium in Brunesteshusen construxit. Quomodo collatio XI. illarum hubarum concordet cum tanta tenuitate reddituum sub Hathumoda, ut ne vestimenta quidem sacra initio potuerint virginibus focis parari, atque cum querela Hathumodae de tenerissimo monasterii sui statu, viderint alii. Errorem simul GABRIELIS BYCELINI notamus vnum et alterum, qui Hathumodam putat fuisse Abbatisam in Gandesia in praefens sic dicta ibidemque defunctam. Ipse in GERMANIA SACRA P. III. p. 37. GANDERSHEIM Regum omnino Virginum Benedictinarum coenobium in Ducatu Brunswicensi et eiusdem nominis oppido situm, quod sub A. C. 842. Leutholphus, magnus Dux Saxonum, condidit, S. Alfridus Hildesheimensem Episcopum dotauit (inauguratus est et dedicauit) et exin maximi Caesaris apibus et fauoribus miris extulerunt. Submisere se in hoc Coenobio Augusti sanguinis plurimae Principes et abiectae esse in domo Dei elegimus, tanta contentione admittis cupientes, ut plurimis saeculis nemini nisi maximis Principibus adi-*

facrae Canonicae, signum ecclesiae maximum seu campanam (rr) prolapsam et contractam esse, per quietem in somno viderunt: plerisque visum est, sarcophagum Sanctorum Anastasii et Innocentii corporum corruisse et minutim solutum esse. Quid? quod Hathumoda ipsa, sese non esse victuram, fertur praenuntiasse, vsque dum regiae immunitatis litteras pro monasterio suo acciperet. (ss) Taceo, quod Hathumoda per quietem sibi visa fuerit per aëra volare et corpore exutam coelitis interesse, sibi que in aede sacra patentem terrae hiatus conspectum fuisse. (tt) Ad luctum et tumbam Hathumodae confluxerunt coetus fere innumeri, non solum ipso, quo funus humabatur, die, sed proximis quoque diebus vsque ad trigessimam lucem. (uu) Sorores sacrae in tumultum eius sparserunt flores ibique excubias quasdam egerunt. (xx) Vnde omnino liquidum adparet, inuocationem Sanctorum tum fuisse dogma coenobio Gandesheimensi familiare. Idem corroboratur exemplo Hathumodae, Martinum diuina veneratione colentis. (yy) Eum quum aliquando per somnum, somniis enim fauet hic tractus, vidisset, liberatorem suum singulari deinceps veneratione et obsequiis celebrandum commendabat. (zz) Quid de visionibus eius memorem? Quid de plebis stupore et tumultorum frequentatione, tanquam parte diuini cultus? Liceat duntaxat addere ritus, quibus Hathumoda morti praeparata est. *AGIVS* de Vita Hathumodae c. VIII. p. II. hosce sic enumerat: *Aderat eodem ibi tempore cum Clericis Marquardus Episcopus, et omnia, quae egressuris necessaria videbantur, in sacri olei inunctione, in vltima reconciliatione, in sacrificii communicatione, solempni more adimpleuit. Cantabantur iugiter Psalmi: litaniae et preces dicebantur: legebatur Evangelium. - Iamque paulatim membris omnibus praemortuis, loquela minui et sensim deficere spiritus coepit; quum illa tamen lignum sanctae Crucis, quod ibi habebamus, deuotius deosculans, oculis in illud intendebat, et aliquid ex Psalmis virtute, qua poterat, per intervalla murmurabat. Conuenit autem nobis, ut Psalterio a copite inchoato, diligenter attenderemus, in quo psalmo aut versu obiret; quod satis congruenter sanctis meritis suis prouenit. Patent hic ritus saeculi IX. cum moribundis tractati, scriptoribus historiae theologicae non negligendi.*

*tus pateret. Orbo II. Imperator binas filias Sophiam et Adelhaidem, ibidem Domino consecraret, ipsius fundatoris memorabili exemplo, tres omnino eius filiae ibidem se includerent; Brunsvicenses denique aliaeque Saxoniae Principes adeo portas sancti Coenobii illius exambirent, ut amplissimos prae illius vitae professione Principatus contemnerent; in quo egregia cum primaeno feruore viguit disciplina, donec superiori saeculo in praecipua omnia \* ruerent, sacrumque et profanum miscerentur, hoc denique alterum denoraret.*

\* Ex eo tempore seuerior ac modestior vitae ratio in Coenobio Gandersheimensi Imperiali viguit quam antea. Conferatur *BODO* in *Chronico Clusiniensi*, praecipue in loco illo, qui de *Inditha* agit.

(rr) *AGIVS* in Vita Hathumodae c. III. p. 6. Signum Ecclesiae Agio est campana. Idem c. VIII. p. II. de campanarum sonitu in obitum Hathumodae; *Hoc testantia cuncta Ecclesiae signa sonuerunt,*

(ss) Loco laudato c. III. p. 6.

(tt) c. IV. p. 7.

(uu) c. VIII. p. II.

(xx) *AGIVS* ita loquentes inducit Hathumodae germanas sorores in *Carmine* p. 22.

*Nos cum coancillis nostris tumulto ecce tuopte  
Flores spargentes ducimus excubias.  
Tu iam fata patris, fratrum simul atque sororum  
Isthinc nosse vales, inde iuuare potes.  
Nos etsi bona credamus de munere Christi,  
Qualia sint, prorsus ambigue cluimus.  
Chara soror quae nosse potes simul atque iuuare,  
Illos nobiscum adiua apud Dominum.*

(yy) *AGIVS* in Vita Hathumodae c. IV. p. 7. *Illam sanctum Martinum semper speciali reuerentia excolebat et in maximis vere necessitatibus eum inuocare solebat, eius meritis et interuentu eas ab ignibus eripi, ut sibi visdebatur, orare coepit.*

(zz) *Eum quasi ereptorem suum speciali deinceps ab eis veneratione et obsequiis celebrandum commendabat.* Loco laudato.

### §. XXX.

#### *Rationes fundati coenobii prioris Gandersheimensis in Brunshusa.*

Sustentavit ac adminiculis vitae peragenda instruxit sorores sacras Ludolfus ex parte quadam hereditatis in monasterium nouum conlatae. Ludolfus, Agius, Roswita sic docent. Consiliis Alfridi, Marquardi et Wigberti episcoporum Hildesienfium aliquid fuisse datum eis que animarum curam esse demandatam, haud inuiti largimur. Episco-

Episcopus autem constructionis fuisse principes et moderatores palmarios pernegamus, tantum abest, ut animum possimus ad credendum inducere, Altfridum dotasse coenobium recens conditum. Hildesensium scriptores ut veritati in hoc momento repugnarent, impulit ardor depellendi conatus Archiepiscopi Moguntini, dioecesi Gandersheimense ambientis. Pontifex certe Romanus nemini sacerdotum indulget licentiam referendi Gandersheimense monasterium ad iurisdictionem et dioecesi suam, uti ex diplomate Agapeti II. (a) et decisione Innocentii III. constat. (b) Quantas fortunas Ludolfus ad singulos annos impertitus sit, nusquam memoriae traditum occurrit. Recentiores adsignant XI. mansorum millia. At iustis supremæ ætatis testibus nihil definitibus, tacendum heic nobis videtur.

(a) Dabimus illud ex autographo, quum ad *LEVCKFELDIUM* ac *LEIBNITIVM* \* non satis purum occurat. *Agapitus Episcopus Servorum Dei, Windilgardi Abbatisse venerabilis Monasterii Candereheim, constructi ab Ottone comite de Saxonia, aliisque suae sortis Abbatissis in perpetuum. Quoniam semper sunt concedenda, quae rationabilibus congruunt desideriis, oportet ut deuotioni conditoris pie conseruationis auctoritas in priuilegiis praestandis minime denegetur. Igitur quia postulauit a nobis Hathumaris venerabilis Abbas, ut per eius interuentum atque deprecationem nostrum monasterium Candereheim situm iuxta fluuium Eternam, apostolica auctoritate vobis confirmaremus, ut sub iuris ditione sanctae nostrae, cui Domino auctore deseruimus, ecclesiae constitutum, nullius alterius ecclesiae iuris ditionibus submitatur. Pro qua re pijs desideriis fauentes, hanc nostram auctoritatem, ad quod expositor, effectu mancipamus, et ideo omnem cuiuslibet ecclesiae sacerdotem in praefato monasterio ditionem quamlibet habere, auctoritate nostra, praeter sedem apostolicam, prohibemus. Auctoritate nam beatorum apostolorum Petri et Pauli iubemus, ut nullus Rex habeat licentiam nostrum monasterium aliquibus hominibus in beneficium dare, ut profecto iuxta id, quod subiectum, apostolicae sedis firmitate priuilegiis consistit, inconcussa ditatum permaneat, locis ac rebus tam his, quas moderno tempore habet vel possidet, quamque futuris temporibus in iure ipsius monasterii diuina pietas voluerit augere, ex donis, oblationibus decimisque fidelium absque ullius personae contradictione, firmitate perpetua perfruatur. Quando autem Abbatisse ipsius monasterii de hoc seculo migrauerit, nulli sit licitum, aliquam ibidem ordinare abbatissam, nisi ex ipsa congregatione, si talem inuenerit, quae digna Domino sit, et, si fortasse ibidem inuenta non fuerit, tunc Rex habeat potestatem talem ibidem ordinare Abbatissam, quae digne Deo placere possit. Constitutus quoque per huius decreti nostri paginam, ut quicumque cuiuslibet Ecclesiae Praesul vel quacunque dignitate praedicta persona hanc nostri priuilegii certam, quam auctoritate principis apostolorum firmamus, temerare temptauerit, Anathema sit, et iram Dei incurrens a coetu sanctorum omnium extorris existat. Ut nihilominus praefati monasterii dignitas a nobis indulta perpetuam inuoluta permaneat, apostolica auctoritate subnixam. Scriptum per manus Stephani serui sanctae Romanae Ecclesiae in mense Ianuario Indictione sexta. Bene valete. Datum IV. Non. Ianuarii per manus Andreae, diuina respectus gratia Arcarii \*\* sanctae sedis Apostolicae. Anno Domini pontificatus Domini Agapiti summi Pontificis Vniuersalis uniuersis Pape, in sacratissima sede beati Petri Apostoli, secundo. Sigilli vestigia absunt. Quis ille fuerit Hathumarus Abbas, docebit Illustris *ECCARDVS* in *Historia Franciae Orientalis*.*

\* T. II. Script. Brunsvic. p. 373.

\*\* Arcarii minus recte legit *LEVCKFELDIVS*. *Arcarius* seu *seriniarius*, uti appellatur quoque apud *Mabilion*. de *Re Diplomatica* L. V. p. 445. fuit custos tabularii publici, qui acta seruabat, quorum exemplar denuo describatur et expediebatur per *primicerium* vel *secundicerium*, a cera, qua bullae subsignabantur, dictum. *Benedictus Notarius et Scriuarius* occurrit in *Bulla Benedicti Papae Episcopo Paderborn. Meinwerco* data, quam dedit in *Vita Meinwerco LEIBNITIVS* T. I. Script. Brunsv. p. 527.

(b) *LEVCKFELDIVS* in *Antiqq. Gandersh.* p. 432. sqq.

### §. XXXI.

*Exstructio coenobii inchoatur deinceps in loco, qui nunc vocatur Gandersheim.*

Quum Monasterium prius, de quo hactenus differuimus, esset angustius iusto, (a) Ludolfus, Altfrido suadente, (b) anno 856. coepit posterius illud exstruere, cui in

(a) *CHRONICON HILDESHEIMENSE* T. I. Leibnit. p. 743. *Episcopus ALTFRIDVS* a. 852. cum *Ludolfo Gandersheimense Coenobium* primo in *Ernesthusen* et IV. posthaec anno in *Gandersheim* inchoauit, qui et *Ecclesiam* ibidem aedificare coepit et *Hathumodam*, eius Ducis filiam, primam *Abbatissam* ibidem ordinauit. *TANGMARVS PRESBYTER* in *Vita Berwardi Episc.* Hildes. L. I. c. XIII. *Euolutis* aliquot annis, anno natiuitatis octingentesimo quinquagesimo sexto auspiciatus est ipse (Altfridus) quemdam locum super fluuium *Gande*, quem a fluuio *Gandensheim* nominauit, ibique, consentiente Duce, fabricam monasterii *MAIORI AMBITU* inchoauit, *Lutberto Moguntino Episcopo* existente, qui post *Carolum* subintravit. *BODO* in *Syntagm.* T. II. Meibom. p. 482. *Ludolfus* reuersus ad *larem proprios* laudabilem virginum adunauit chorum regi summo desponsandarum, quibus filiam suam *Hathumodam* praefecit. Deinde animo admodum sagaci locum, quo ecclesiam siue coenobium *MAIUS PRIORE* aedificare posset, explorauit, et diuini obsequiis illud mancipare ad honorem sanctorum *Anastasi* et *Innocentii Pontificum*.

(b) *Ludolfus* sibi, *Ludouicus II. Itorum Rex*, *Ludouicus rex Germaniae*, *Sergius II. Otto Magnus, Otto II.* et *Henricus II.* consilium exstruendi primum tribuunt *Ludolfo*. Consentiant scriptores ceteri

in hanc diem denominatio Gandersheim tribuitur. (c) Hoc in loco antehac filua et paludes erant atque villula pro suum ac subulcorum Ludolfi diuerforio. (d) Num visiones (e) in paludoso ac decliui hoc tractu fuerint ignes fatui, non definitio, adfirmanti autem non admodum repugno. Templum ipsum cathedrale ac primarium extruui coeptum est in loco paullo editiore, cui solum subest, firmum et limosum. Figura templi ipsa respondet formae aedis cathedralis Hildesheimensis, cuius quippe episcopus

omnes, excepto vno et altero Hildesheimensi. Quare Alfrido nil nisi suasio quaedam, consilium expetitum, et moderatio operis secundaria \* remanet et relinquuntur.

\* Hathumoda tamen et Gerbirgis, Abbatissae in Brunteshusen, potissime vserunt aedificationis perfectionem. Videatur *ROSVVITA* v. 240. sq. quae precibus et impulsibus Odae praeterea multum tribuit v. 283. 370. 377.

(c) Annum illum 856. habet *CHRONICON HILDESHEMENSE* l. c. *TANGMARVS PRESBYTER* l. c. Item *CHRONICON PRINCIPVM BRVNSVICENSIVM RHYTHMICVM ANTIQVVM* T. III. Leibnit. c. VII. p. 11. Oppidi, templo ac monasterio Imperiali adiecti, originem supra per coniecturam probabilissimam indagauit. Oppidum certe Gandersheim ab ortu primo vsque ad saeculum XIV. fuit in ditione Abbatissae Gandersheimensis, quo, sub Mathilde secunda, potiti sunt Duces Brunsvicensis. *BODO* in Syntagmate Gandersheim, p. 336. T. II. Leibnit. tradit, Brunsvicensis Principem vi interposita castro oppidi potitum esse. At adicit idem e vestigio, *IVDITTAM* Ducibus castrum ipsum oppignorasse, quae a. 1334. primam se ecclesiae saecularis \*\* *Abbatissam* scripserit. Iracundiam suam ibi euomit *BODO* in *IVDITTAM*, praepostero adfectu abreptus. Quid enim inter ecclesiam saecularem et imperialem immunitate ac auctoritate gauisam interstit, non video, nisi quod posterius sit maius quiddam priori et prius omnino inuoluat. Posterius illud nititur diplomatum Ludouici Saxonis ac Imperatorum.

\* *M. THEODORICVS ENGELHVSIVS* in Chronica vniuersali apud Maderum p. 170. *LVDOLFVS, Dux Saxonum, Romam causa deuotionis profectus, reliquias SS. praesulum Anastasi et Innocentii, in quorum honorem primo coenobium sanctimonialium in Brunteshusen, postea vero quarto anno construxit in Gandersheim, hereditate sua illic attributa et filia sua Hadamodae Abbatissa Dominarum SAECVLARIVM constituta CHRONICON RITTAGESHVSANVM* ad a. 850. p. 73. T. II. Leibnit. *Inchoatio Gandersheimensis Monasterii.*

(d) *BODO* in Syntagmate T. II. Meibom. p. 482. *Quod Ludolfus in hereditate propria coenobium maius priore aedificasse dicitur, eo est, quod habitationis propriae locum ad construendum locum delegit. Eum namque locum, qui hodie, usque LVTOLVESSEM dicitur, mansionis placitae terminum habuit principi bene adornatum et aulis bene excultum, de quo in Diui Georgii Martyris ecclesia accessum et facilem et expeditum habuit. Ab ipsa enim aula sua transiit fieri fecit ad summi regis aulam ducentem. Ad stipulatur dictis HROSVITA coenobii eiusdem virgo, in suo de constructione monasterii Gandersheimensi poemate. Quum autem pagum, vel, ut dicimus, villulam exiguam inter umbratos calles trans Gandens omnia vastissima filua occupante haberet, quo sese ferigeri gregis custodes ex more reciperent, et tam lassis membris suis quietem, quam gregibus contra bestiarum incursum securitatem capesserent - Haec non leguntur in Hrosvita. Reliquum est, ut Bodo ea ratiocinando inde eruerit, addens de suo, quantum ex fama innotuerat. Locum Rosvitat, quem respexit Bodo, adiciam, ut lectori liquido satis adpareat, Bodoni haec haesisse aquam. Habetur ille in laudato poemate v. 185. sqq.*

*Proxima coenobio fuerat tunc siluula cuncta  
Collibus umbratis, quibus et nos cingimur ipsi,  
Nec non in filua fuerat sita paruula villa  
In qua Luidulfi soliti stabulare subulci  
Intra septa viri cuiusdam lassae quieti  
Corpora nocturnis sua composuere sub horis,  
Dum sibi commissos debebant pascere porcos.  
Hic quondam cum sanctorum venerabile festum  
Esset cunctorum, mox post biduum celebrandum,  
Sub noctis claras tenebris ardere lucernas  
In filua multas ipsi videre subulci.*

Additur, Ludolfum famam inaudiisse ideoque obseruasse euenta nocte festi futuri sacra et per omnem noctem conspexisse siluae umbras. Inde, dum plura non adduntur, et de domicilio Ludolfi omnia manent incerta, *BODO* collegit, arcem Ludolfi fuisse in proximo ad templum S. Georgii. At vero hoc ex Hathumodae versibus nemo vnus eruet. Non adeo longe tum Ludolfum abfuisse, certum est. Num autem in arce ac domicilio propinquo fuerit versatus, illud ne acutissimis quidem fiduculis hinc extorqueri poterit.

(e) Viderunt subulci, et post biduum Ludolfus cum multis, ignes non vbiq; per coelum, sed in filua per noctis tenebras instar lucernarum \* clararum ardere. *BODO* et *ROSVVITA* locis excitatis ita referunt. Ignibus fatuis fauent 1) anni tempus, 2) locus palustris, 3) flamma lucernae ignem referens. Obstare possit Ludolfi peritia, quam ignium fatuorum indoles non videtur fugisse. Vtinam hosce ignes non fuisset Ludolfus secutus, ita enim posteros a rheumatibus liberasset!

\*\* *TANGMARVS* et alii non ob ignes noctu visos, sed ob loci patentem et deuotioni aptam commoditatem, coenobium huc translatum esse referunt. Templi et coenobii situs id ipsum indicant, quod locum bene tentauerint proceres, priusquam aedificare vtrumque inceperunt.

pus adiutor operis et amplificator erat. Magnopere utrumque templum accedit ad Constantinopolitanum, (f) a Constantino Magno olim aedificatum et ad normam aedis sacrae Iudaeorum reuocatum. Chorus enim respondet adyto intimo ac atrio sacerdotum: Nautis ecclesiae refert atria virorum ac mulierum: Locus inter campanarias turres, alias *locus peccatorum* dictus, conuenit cum atrio gentium. Vtrumque latus nauis occupant aediculae minores, quae sacraria et capellae olim dicebantur, a fronte columnis cinctae. Similitudo eis est cum porticibus Herodis et Salomonis. Pila, quibus ab utraque nauis parte sustententur et suprema et ea, quae sacrariis sunt tegumento, maximam partem sunt integra ac ex unico saxo adfabre facta. Quo usque opus, Ludolfo uiuo, creuerit, dicere non habeo. Templum enim ipsum anno demum 881, iuauagatione solemniter consecratum est, (g) quum Ludolfus obiisset curamque aedis faciundae et ad umbilicum adducendae in filios Brunonem ac Ottonem transtulisset, quorum ille a. 880. ad Hamburgum, seu, secundum recentiores ad Ebstorfium a Normannis cum multa suorum strage caesus est; hic autem parentis voto ex asse satisfacit. Ne quid tamen deesset, unde virgines Deo sacratae adiunctique presbyteri possent alii, Ludolfus publico sanxit documento, quo foundationem prioris Gandersheimii mutauit ac in locum inferiorem ad Gandam (h) transtulit.

(f) *GOTHO FREDVS VOIGTYS* in *Thyriasteriologia* siue de Altaribus veterum Christianorum, quam edidit Celeberr. Ioannes Albertus Fabricius Hamburgi 1709. 8. c. XIII. §. 3. p. 234. sqq.

(g) *ROSVVITA* v. 376. sqq.

*His bene perfectis iuxta praecepta PARENTIS (Ludolfi)*

*Eligitur Domina poscente videlicet Oda  
Ipsa dies templo condigne sanctificando,  
In cuius noctis medio quam pluribus illo  
Tertio conspicue quondam fulsere lucernae,  
Et quo cunctorum pariter venerabile festum  
Sanctorum vasti fuerat per climata mundi  
Principio mensis celebrandum rite Nouembris.  
Hac fama templi passim resonante sacrandi,  
Undique permultae mox confluxere cateruae,  
Optantes luci praesentes esse celebri.  
Scilicet aurova primo candore micanti,  
Omni nostrarum collecta est turba sororum,  
Susceptis patronorum gratulando piorum  
Corporibus sacris: Pergit resonantibus hymnis  
Ad loca Coenobii summo conamine structi.  
Tunc tandem cunctis ad cultum rite paratis  
Festi WICBERTVS praesul Domini benedictus  
Dedicat hoc templum Domini sub honore decorum  
Omnibus ad laudem sanctis, per saecula perennem,  
Quorum tunc festum digne fuerat celebrandum.  
Hoc nam facta fuit clari sacratio templi  
Centum mansuris octo vicibus reuolutis  
Octonis denis, vno pariter superaucto,  
Postquam virgo puellaris sine sorde pudoris  
Saeculorum regem peperit propriamque parentem.*

Eadem in profana orationem reuocauit BODO in Syntagma, T. II. Meibom. p. 487. quorum illud est maxime memorandum: *Cunctis rite tandem peractis - WICBERTVS, ecclesiae Hildeshae sextus antistes, ipsum templum dedicauit in honorem Dni Iohannis Baptistae, sanctorum Innocentii et Anastasi Pontificum, ac omnium sanctorum, quorum tunc festum celebrabatur. Additur dein annus 881.*

(h) *BOTHO* in *Chronico picturato Brunuic*, ad a. 853. p. 299. T. III. Leibnit. *Hertoge Ludeleff de let voden buschebrake in dem platten veldde vnde buwede dar eyne stat vnde leyde dar in eyn closter, vnde let dat beten na dem water, dat dar nach hute in den dagh dorcht vnde het de Gande, darwart de stat geheten Ganderssen.* *CHRONICON STADTVVEGII* p. 265. T. III. Leibn. adfirmat, coenobium fuisse conditum in Gandersheim, Confer. *CHRONICON PRINCIPVM BRVNSVIC*. T. III. Leibnit. c. VII. p. 11. ad a. 856. Falsum est, oppidum existisse, antequam coenobium Gandersheim conderetur, falsum est, Gandam anhem perfluere urbem, quam duntaxat versus aquilonem subiuit. Olim tamen arcem et oppidum Ganda interfluxit per canalem quemdam.

## §. XXXII.

*Diploma Ludolfi pro recentiori coenobio.*

Antequam vero Ludolfus rebus humanis est exemptus, translatum monasterium illud liberum et Imperiale ornauit diplomate, quo foundationem nouam roborare non dedignatus est. Offero illud ex membrana vetustissima, cui nullus character saeculi IX. deest. Quae maxime videbuntur memorabilia, in adiectis expositionibus reddam planiora. Succedat exemplum ipsum. † Quia scriptum est, precium animae Viri diuitiae eius. Idcirco ego Liudolfus Dux Saxoniae notum esse cupio omnibus Christi Fidelibus tam presentibus quam futuris, quod Diuina Inspiratione commonitus simulque dilectae Coniugis meae Odae suadela inductus, (a) in honore Praecursoris Stephanique Prothomartyris in Brunnistashusen (b) edificare cepi, literis Domini nostri (c) Ludouici Romanorum Regis inuictissimi ad sanctissimum Sergium Papam acceptis cum predicta Coniuge mea anno Dominicae incarnationis (d) DCCCXLIV. Indictione VII. (e) Romam iui, et in presentia ipsius summi Pontificis prenomiatum Monasterium et omnem proprietatis mee hereditatem, quam habui videlicet Gandefemia marku, et Aluunge marku, et Ruderinge marku, et Dengdia marku, et Lachtandorp marku, et alia loca plurima cum familiis vtriusque sexus, Apostolorum Principi pro remedio animae meae, (f) et eorum simul, quibus debitor extiti, in ius et proprietatem integraliter tradidi, sanctorum etiam Romanorum Pontificum Anastasii et Innocentii pignora

(a) *ROSVVITA* de ODA v. 91. sqq.

*Corde tenens matris monitum claustru faciendi  
Hinc nam legalem non raro sui seniore (Ludolfum)  
Exhortabatur blandis nimirum SVADELIS  
Vt de gazarum construxisset propriarum  
Sumptu Coenobium, diuinis laudibus aptum,  
In quo sacrandae Domino velamine sacro  
Fide tenus castae possent habitare puellae.*

(b) *Supra* §. XXIII. (d.)

(c) *Supra* §. XXIV. §. XXVI. (hh) XXVII. Num Ludolfus per *Dominum nostrum* intelligit principem, cuius maiestati fuit subiectus? Non ita videtur. *Mon Seigneur, Monsieur*, est adpellatio honorifica facillime. Id honoris tamen videtur Imperatori concessum, vt per Germaniam, Galliam et Italiam ex more vsitato vocaretur Dominus noster. Exempla non desunt.

(d) *Supra* monui, membranam esse rescriptam numerosque priori loco esse minus recte repetitos. Vide §. XXV. Genuinum annum restitui ex Indictionis indicio, quod lucentissime VII. numerum exhibet et historiae ipsi respondet (§. XXIV.) Edita diplomata habent annum, minus genuine in rescriptione repetitum DCCCLIII. *Indict.* I. Si vel maxime in Diplomatis obuius est naeuus chronologicus, ad causam primariam et ius ipsum minus spectans, eorum tamen fides manet salua. In *VGHELLI Italia sacra* occurrunt diplomata multa genuina, quibus errores chronologici insunt.

(e) *IOANNES AVENTINVS* L. IV. Annal. p. 360. in ea est sententia, Carolum Crassum Imperatorem, qui ab anno 880. ad 888. summam rerum praefuit, *primum et perpetuum* vsu esse aera Christiana, quam Dionysii supputationem vocare consueuimus. At contra illam sententiam varia monet *IOANNES MABILLONIVS* L. II. de Re Diplomatica c. XXVI. §. 18. p. 198. cum R. P. Iesuita *NICOLAO SCHATENIO* Hist. Westphal. L. VIII. p. 516. Carolum Crassum crebrius maioribus suis adhibuisse computationem Dionysianam, facile largiuntur omnes. Id enim ex diplomatibus eius patet, obuius apud *VGHELLVM* T. II. Italiae sacrae p. 187. 189. 190. et *SIRMONDVM* T. III. Concil. Galliae p. 521. atque *MABILLONIVM* L. VI. de Re Diplomatica n. 116. 117. p. 555. At vero eam nec primus nec perpetuo adhibuit. Refellit illa sententia Auentini, quam *C. CALVOERIVS* recoxit, ex inspectione Diplomatis apud *MABILLONIVM* L. VI. n. 114. p. 553. et ex litteris Episcopi Chrodegangi, Meutenfis, apud *IOANNEM BOLLANDVM* in Comment. de Vita Ioannis Gorziensis p. 686. T. III. Mensis Februarii *Act.* SS. Ludouicos Germaniae Reges aera a natali Iesu deductam vsibus publicis in diplomatibus regis citius adhibuisse, quam id ab Imperatoribus est factum, curate ostendit *Celeb. IOANNES FRIDERICVS SCHANNAT* in Corpore traditionum Fuldensium p. 210. conf. *ACTA ERVD. LAT.* M. Iul. 1725. p. 299. Quid mirum, si Ludolfus Ludouici Germaniae Regis cliens fiduciarius et Dux Domini morem fuerit secutus? Erubesceret sane beatus *CALVOER*, si viueret, Auentini suamque sententiam, quam pro ariete habet, esse longe falsissimam, ex hisce perspiciens.

(f) A Sanctis expectantur viui tum salutem et auxilium. *Supra* §. XXVIII. (xx) (yy) (zz) *AGIVS* de pietate Ludolfi, habente aliquid admixtae superstitionis, in *Carmine* p. 23.

*De patris et fratrum, qui decessere, salute  
Non decet esse nimis vos modo sollicitas,  
Ipse Pater quamuis sine sorde nequiuert esse,  
Vt pote mundano praeditus officio;*

Quan-

pignora gloriosa nobiscum deportanda pio nobis karitatis affectu tradens, petiit, et accepit a nobis promissum, Ecclesiam in honore praedictorum Confessorum fabricandam, et lumen ante ipsorum pignera indeficienter amministrandum. Vt autem haec omnia per succedentia sibi saecula firma et indissolubilia persistant, Priuilegium plenae ac perpetuae libertatis in papyro conscriptum, vbi omnia predicta continentur, Monasterio nostro libere vtendum contradidit. Nos etiam in continenti duas stolas albas XXX. aureis intextas eidem beato Sergio Papae tradidimus, statuentes, vt Abbatissa, que pro tempore fuerit, eundem censum Sanctae Romanae Ecclesiae in signum libertatis singulis annis persoluat. Cum autem diuina cooperante gratia prospere domum redissemus grater a sancto Collegio recepti, (g) eundem locum sacro Puellarum cetui videntes nimis angustum, in quadam silua hereditatis nostrae, iuxta fluuium Gande, qui alio nomine Ettherna nuncupatur, anno ab Incarnatione Domini DCCCVI. (h) Indictione IV. Ecclesiam in honore predictorum Confessorum construximus. (i) Precamur igitur vos legentes vel audientes huius nostrae donationis paginam, vt caelestis regni clauigerum (k)

*Quantis ipse bonis tamen emundare piacula  
Curarit propria, vos bene nosse scio.  
Nam licet innumeris mundi curis premeretur,  
A quibus haud opere se quiniit exuere,  
Romam perrexit, quo cui concessa facultas  
Soluendi fuerat, soluere se peteret: \*  
Hinc dignos cmeres Sanctorum rite reuectans,  
Partem de proprio iure dedit Domino.  
Hic sacra sanctorum ossa locans, vos quinque sorores  
Illic diuino dedit obsequio.  
Filiolum, quem Coenobio iunxit Monachorum,  
Ne qua Deo deesset portio forte sui.  
Postremo redimens eleemosynis malefacta,  
Ipsaque confessus, mortuus in cinere est. \*\*  
Quis pietate Dei pro his non iudicet, ipsum  
Omnimodis dignum crimine fore reum? \*\*\*  
Arsurumne putatis eum, cuius pia facta,  
Mundo labente, stant sine fine fere?*

\* Id est, vbi se absoluendum a peccatis curaret per Pontificem Romanum, cui per successionem potestas absoluedi illa putabatur concessa. Quam vere sic sentiat, docet Celeb. IVSTVS HENNINGVS BOEHMER in Diss. III. de confederata Christianorum disciplina.

\*\* Mortuus igitur est Ludolfus paullo post diem Cinerum, qui ieiunium Quadragesimale inchoat.

\*\*\* Subest mendum huic Pentametro, quia is repugnat scopo Agii. Aut Hexameter est emendandus hunc in modum: *Quis pietate Dei pro tanta iudicet, ipsum Omnimodis* - -

AGIVS idem p. 24. ridiculum quoddam Ludolfi somnium instar vaticinii Seraphici delineat, et in eo, quod forsan erat inane, vires ingenii omnes contendit et periclitatus est. Moris tum fuisse, delectari somniis, exemplum eiusdem Agii docet, qui p. 25. Hathumodam sibi in somniis adparuisse, memorat.

*Denique quum vigilo, de hac vel penso loquorue,  
Nocte mihi charam somnia dant speciem.  
Nam quoties somnus lassos obducit ocellos,  
Protinus adparet, mox aliquid memorat.*

Addit porro somnium aliud. Repetatur quaeſo Ludolfina ignium fatuorum obseruatio, quos pro ostento diuino et sede coenobii sui reputauit venerandus ille Ludolfus. Ex hisce discere Beatus CALVOER potuisset saeculi IX. indolem ecclesiasticam, superstitionibus sat grauibus contaminatam.

(g) Intelligit per Collegium sanctum indubie coetum cleri Romani, a quo Romae ratione honorificentissima receptus fuerat. Praefes eius erat Sergius, vii DIPLOMA ipsum et ROSVIDA v. 125. sqq. habent. Haec ita:

*Hisdem temporibus possedit Papa BEATVS  
SERGIVS Ecclesiae primatum namque regendae,  
Hic vbi perlegit chartas Regis sibi missas,  
Sensit honore Ducem summo dignum venientem.*

Sergius dicitur Papa beatus et in diplomate et a Roswita, pro more eius acui.

(h) Supra §. XXX. (c)

(i) Construximus i. e. construere coepimus. Eadem ratione loquuntur ENGELHVSIVS in Chronica vniuersali apud Maderum p. 170. et BODO in Syntagn. T. II. Meibom. p. 482. STADTWEGIVS, B O T H O aliique.

(k) Roma dicitur *rutula aula clauigeri* in PANEGTRICO BERENGARII p. 246. T. I. Leibn. conf. sequi notam (k) lin. 1. post \*

monasterium  
oborare non  
racter saeculi  
nibus reddam  
inae Viri di-  
nibus Christi  
monitus simul-  
ecurioris Ste-  
Domini nostri  
ipam acceptis  
LIV. Indictio-  
inatum Mona-  
et Gandelemia  
et Lachtandorp  
n Principi pro re-  
s proprietatem  
i et Innocentii  
pignora

ligit principem, cu-  
atio honorifica fac-  
illiam et Italiam ex  
recte repetitor. Vile  
li. numerum exhibere  
ine in rescriptio re-  
us chronologicus, ad  
In FGHLLI Ua-

sum Imperatorem,  
sic aera Christiana,  
varia monet IOAN-  
P. Iesuita NICOLAO  
ibus suis adhibuisse  
s eius patet, obuius  
I. Concl. Galliae p.  
ero eam nec primus  
ecoxit, ex inspectio-  
Chrodegangi, Me-  
entis p. 686. T. III.  
lucetam visibus publi-  
urate ostendit Celeb.  
210. conf. ACTA  
iae Regis eius hie-  
si viueret, Auentini  
ficiencia.  
(yy) (zz) AGIVS de

Quo

gerum (k) pro nobis suppliciter exoretis, quatenus post funera carnis nostrae Paradisi ianuas, tradita sibi potestate, nobis aperiat, atque in extremo examine ante tribunal eterni Iudicis supplex pro nobis aduocatus existat. Amen. (l) †

(k) Beatissimum Apostolum Petrum \* sic vocat. *EGBERTVS* in Vita B. Heimeradi Presbyteri et Confessoris §. IV. p. 566. T. I. Leibnit, Ergo, ubi patriam parentesque deseruit, Romam peregrinationis simul et orationis gratia iter direxit. Ibi Sanctorum adsidue terebat limina; ibi cum *CLAVIGERO COELI* precum suarum mercimonia paciscabatur, de aperienda sibi vitae ianua; ibi electionis *ODAE*; ibi reliquos omnes coelestis curiae Senatores in extremo examine patronos sibi parabat, et testes non neglectae vitae suae rationis. Vixit Heimeradus saeculo X. exeunte, ut patet ex §. X. XI. p. 568. 569. et aetate aequali Meginwerci Episcopi Paderbornensis. Conf. Introductio G. G. Leibnitii n. XXXVII. Confer privilegium Papae Ioannis ad a. 970. in Vita Theoderici Ep. Met. p. 301.

(l) Ne videatur vocula *Amen* insolita sub fine Diplomatum eius aetatis, provoco ad Diploma Ludouici, iunioris Germaniae regis, anno 877. Franconofurti coenobio Gandersheimensi datum. Apud *LEIBNITIVM* T. II. p. 372. Provoco ad Diploma Ottonis III. Scheningae a. 891. VIII. Kal. Febr. coenobio *Hadmersleuen* datum. Apud *LEVCKFELDIUM* in Antiqq. Gröning. p. 244. Conf. T. II. Meibomii p. 373. et *LEVCKFELDIUS* in Antiqq. Pödenfib. p. 241. sqq. 257. 252. 254. 257. 275. 276. 277. 279. 281. ac *CALVOERIVS* ipse in Saxonia inferiori antiqua P. IV. L. II. c. 19. §. 406. p. 516. 517. et Append. c. II. p. 522. 523. *LEIBNITIVS* T. II. p. 374. 376. 377. Conferantur diplomata apud *NICOLAVM SCHATENIVM* in Annalibus Paderbornensibus ad saec. IX. et X. In re notissima et tritissima haec excitari, mirabitur is, qui ignorat, *CALVOERIVM* diplomati Ludolfino huic fidem detrudere eo inter alia nomine, quod desinat in voculam Amen. Ceterum, pro remedio animae et pro aeterna retributione, ut habet formula, tum fuisse aliquid monasteriis datum, non obscurum est, siquidem exempla id aetatis satis illud euincunt. Confer *CHARTVLARIVM WERTHINENSE* ex *MSto* apud *LEIBNITIVM* T. I. p. 101. sqq. Diplomati Ludolfino subscripsit nemo, siquidem ei animus erat, a Rege et Papa literas petere pro immunitate coenobii et tutela eorum, quae Ludolfus ei assignauerat. Instar codicilli vel tabulae testamentariae caitrensis citra testes elaboratum est Diploma, quod similis farinae exemplis non caret. Vltima litterarum fundationis Gernrodensis Eccl. in Annalibus Gernrodensibus p. 422. T. II. Meibom. conueniunt cum fine chartae Ludolfinae.

### §. XXXIII.

#### Characteres animi Ludolfini.

Qualis Ludolfi fuerit indoles animi, ex actionibus elucet. Mens ei fuit bellicosa et alacris, corpus firmum et gignendis tredecim liberis secundum, prudentia et felicitas in promptu, obsequium in Carolingos mirificum, ardor honoribus inferuendi prorsus extinguere nescius, fauor temporis accomodatus et in imperiosam et suspicacem clericorum auctoritatem effuse propendens. Si quid ego coniectando adsequor, superstitio Ludolfum, ut iret Romam, non impulit sola. Dabat multum precibus *ODAE* suae, fateor, coniugi ad fetus procreandos et monasteria condenda proiectae. Auctoritatem sibi plane singularem eo itinere parare studuit; tum in aula Carolingorum, quorum intererat maxime, Saxonas vinculo religionis christianae obedientiam sibi faciliorem praestare: tum penes Episcopos et sacerdotes, tum eorum interuentu apud quosque popularium. At adloquium et societas itineris cum Ludouico secundo, Italiae rege, Lotharii filio, maius aliquid videtur designare, et occultius, quod Ludouico nec ingratum nec Ludolfo infructuosum, si coeptis adnuisset temporis ratio, fuisset. Consultebat exstruktionem coenobii Ludolfus prouentui filiarum largo, quas hac ratione honorifica alere poterat, quantum enim splendori externo et affluentiae deerat, tantum, immo plus, sanctitatis imaginaria notio cumulate compensabat. Si quid forte humani accideret, id opinione puritatis angulisque tegi poterat. Ludolfus palatio Francofurtensi regio cum *ODA* sua creberrime interfuit. Quo anno sit mortuus, incertum est: Quum Hathumoda a. 874. moreretur, in viuis esse nondum desit, (a) Mortuus fuisse videtur, (b) antequam *BRVNO* filius a Normannis a. 880. fufus et deletus est, circa

(a) *AGIVS* refert in Vita Hathumodae c. III. p. 6. Hathumodam paucis ante obitum diebus, qui contigit 874. die XXIX. Nou. miro dolore fuisse adfectum, eo quod coenobium suum regiae tuitioni nondum fuerit commendatum, cui consolatio illa fuerit adhibita, per quam ei inter alia significabatur, quod habeat *PARENTES* et alios in Palatio fideles. Erat igitur *CHRONICON BREVE S. GALLI*, vel de alio agit Ludolfo, in quo ad a. 864. sic legitur: *Ebarchard, LVITOLF, Erchanter, Luitfrid, Ruddolf, regni Principes obierunt.*

(b) *RÖSVVITA* de Fundat. Gandersheim. p. 324. T. II. Leibnit.

Sed Dux *LVIDVLFVS*, primus qui conditor eius (maioris coenobii)

Extitit, et cura cuius processit origo

Omnis structurae, precibus poscentibus *ODAE*

Proh dolor! ad summum non duxit opus studiosum:

Sed



circa initium ieiunii Quadragesimalis (c) a. 875. (d) In primis Ludolfus amabat Episcopos Hildesienfes, (e) quorum fingulare in Gandefiam recentem studium *TANGMARO* (f) aliisque fcriptoribus Hildesheimenfibus occasionem fingendi dedit, vt dictitarent, Gandersheimenfe coenobium fpectare ad Diocefin Hildesienfem (g) et dotatum effe praediis nonnullis ab Alfrido Epifcopo. (h) Prius fupra refellere me memini, licet infitari non fufineam in iureiurando Abbatiffae fieri folito ante euangelicam veritatem huc inuectam mentionem fieri *diocefsis Hildesienfis*. Pofterius illud eneruatur diplomate Ludolfi, in cuius confirmationem et vindicias diplomata duo, vnum Ludouici (i) Saxonici,

*Sed naturalis faeua tactus nece mortis  
Cogitur ante fuum factori reddere flatum,  
Quam perfecta Domus Domini foret inclyta prorfus,  
Commiffitque fuae carae moriendo relictae  
Atque fuis natis, Ducibus fupra memoratis, (Brunoni et Oddoni)  
Totius ingentis pondus curamque laboris,  
Exorans votis, vt compleverent, ftudiofis  
Omnem coenobii ftructuram perficiendi.*

*BODO* in Syntagm. p. 704. T. III. Leibnit.

(c) *AGIUS* in Carmine p. 23.

*Postremo redimens eleemofynis malefacta  
Ipsaque confeffus, mortuus in cinere eft.*

(d) Idem Agius, qui, Hathumoda perditae aegrotante, parentes Abbatiffae in Palatio verfari dixerat, paulo poftea confolatur forores de obitu Hathumodae, et in Carmine fic canit p. 23.

*De PATRIS et Fratrum, qui decessere, falute,  
Non decet effe nimis vos modo follicitas.*

(e) *HENRICI BODONIS* Chronici Gandersheimenfis Supplementum p. 332. T. II. Leibnit. *ALTFRIDVS*. Iste ex Monacho Corbeienfis monafterii epifcopus euafit, cuius confiliis princeps Lutolphus Saxoniae Dux coenobium Brunteshusenfe ac deinde Gandefianum aufpicabatur. - *MARQUARDVS* quatuor annis rexit. *WICBERTVS*. Iste coenobium Gandefianum confecrauit anno Domini 881. *CHRONICON HILDESHEMENSE* T. I. Leibnit. p. 743. Anno deinde 847. Incarnat. Domini Alfridus IV. Epifcopus ordinatur. - Ipfe Epifcopus DCCCLII. praedictae incarnationis Domini anno cum Ludolfo Gandesheimenfe Coenobium primo in Brunteshusen et IV. pofthaec anno in Gandesheim - inchoauit, qui et ecclefiam ibidem aedificare coepit et Hathamodam eius Ducis filiam primam Abbatiffam ibidem ordinauit. - Marquardus dehinc quintus Epifcopus fuffecit, qui etiam in Gandesheim trabes Ecclefiae pofuit, qui IV. ordinationis fuae anno occifus eft a felauis. - Anno - 880. *WICBERTVS* Epifcopus electus eft - Hic 883. (lege 881.) - et fuae ordinationis anno IV. (anno primo) confummata Ecclefiam in Gandesheim dedicauit et Gherberga Abbatiffa defuncta sororem eius Chriftianam inftituit ibidem. Conf. *TANGMARVS PRESBYTER* in Vita Berwardi L. I. c. XIII. p. 446. Ceterum Ludouicus Rex Germaniae, Pii filius, Alfridus et Ludolfus eodem anno obierunt 875. De vtroque priore videantur *ANNALES HILDESHEMENSES* ad a. d. p. 716. et *CHRONICON HILDESHEMENSE* p. 743. Annum Ludolfi emortualem inuenire nemo huc ufque potuit. Conqueritur de eo *CHRONICON RHYTHMICVM PRINCIPVM BRUNSVICENSIVM* c. VII. p. 12. T. III. Leibnit. *AGIO* illum debemus.

(f) *TANGMARVS* l. c. p. 446. 448. *CHRONICON HILDESHEMENSE* p. 743.

(g) *TANGMARVS* in Vita Berwardi L. I. C. XIII. p. 446. 447. recenfet decem Epifcopos Hildesienfes, qui citra vllam interceffionem principes fuerint facrorum Gandesheimii administratorum. Tandem fubdit: Haec itaque ideo propofui, vt cuncti intelligant, quanta lenitate ac temeritate fit violatum, quod fere per ducentos annos tot Venerabilium Patrum vtriusque, loci (Moguntiae et Hildesheimii) Antifitum concordia, roboratum, omni Canonica auctoritate fixum atque ratum durauit. Deinde c. XIV. Sophiam Abbatiffam Ottonis II. filiam vituperat et fere infamem reddere conatur, praecipue c. XV. p. 448.

(h) *CHRONICON HILDESHEMENSE* l. c. Alfridus Decimas ex proprietate fuae ecclefiae ibidem (in Gandesheim) pro exhibendo fibi feruimine et cenfu in beneficium praefecit et cetera ibi Chrifto famulantibus profutura ex fua paterna pietate prouidit. *TANGMARVS* l. c. c. XVI. p. 448. Ab antecessoribus Berwardi Ep. Hild. ad fanctum locum (Gandefem) innumera bona collata funt: decimae quoque ex fua parte plures et antiquitus et moderno tempore impenfae: querebantur Hildesiani, pro his beneficiis iniuriam et contumeliam recompensari: tributa, quae pro decimis foluenda effent, imminuta, faepe quoque fraude negata.

(i) Diploma Ludouici Germanici iunioris feu Saxonici de immunitate coenobii Gandersheimenfis et electione libera Abbatiffarum ex progenie Ludolfi, vel, ea deficiente, e gremio virginum principum, Deo Gandersheimii dicatarum legitur etiam T. II. *LEIBNIT*. p. 372. et apud *LEVCKFELDIUM* in Antiqq. Gandersheim. c. XIV. p. 93. 94. De illud ex MSro, vt pateat, vitiofiffime illud ipfum fuiffe editum ab vtroque. In nomine sanctae et indiuinae Trinitatis, Eludouicus Diuina fauente gratia Rex - - fe liberalitatis noftrae munere Locis Deo dicitis quiddam conferimus, et neceffitates noftro fubleuamus inuamine atque Regali tuemur munitione, id nobis et ad mortalem uitam temporaliter transigendam, et ad aeternam feliciter optinendam profuturum liquido credimus. Quapropter nouerit omnium fide-

A  
noftre Paradifi  
ante tribunal

Presbyteri et Con-  
tam peregrinatione  
cum CLAVIGERO  
in electionis rati-  
vabat, et refes non  
a. p. X. XI. p. 568.  
G. G. Leibniti na-  
let. p. 301.

Diploma Ludouici,  
atum, Apud LEIB-  
I. Kal. Febr. coeno-  
Conf. T. II. Meibo-  
52. 254. 257. 275.  
L. II. c. 19. §. 466.  
7. Conferatur diplo-  
IX. et X. In re no-  
loum Ludolfino hui-  
n. pro remedio anima-  
tum, non obfcuro  
WERTHINENSE et  
liquidem ei animus  
quae Ludolfus ei ad-  
uarum eft Diploma,  
denfis Eccl. in Anna-  
nac.

ei fuit bellicofa  
dentia et felici-  
nferuendi pror-  
fufpicacem cle-  
fifsequor, fuperfi-  
bus ODAE fuae,  
etiae. Auctorita-  
arolingorum, quo-  
tentiam fibi facilio-  
ruentu apud quos-  
cundo, Italiae re-  
Ludouico nec in-  
fuffet. Confua-  
ac ratione hono-  
deerat, tantum,  
uid forte humili-  
alatio Francofua-  
us, incompertum  
it. (a) Mortuus  
as et deletus eft.

circum  
diebus, qui contig-  
regiae inftituti  
et alia fignificatur,  
BREVE S. GALLI, vel  
er, Luitfrid, Zindoff.


obii)

Sed

xonici, regis Saxoniae Orientalis, alterum Ottonis Imperatoris (k) subitiam.

lium nostrorum tam praesentium, quam et futurorum industria, qualiter Brun et Otto, nostri fideles Comites in Procerum nostrorum praesentia tradiderunt nobis quoddam Monasterium, quod dicitur Gandersheim, quod Luitolf genitor eorum in primis aedificare coepit, et Reliquias sanctorum Christi Confessorum Innocentii atque Anastasi, ob honorem Christi illuc venire fecit, quod est constructum in honore Sancti Stephani Protomartyris Christi, et omnia, quae ad idem Monasterium iure ac legitime pertinere videntur, et cui Gerberg soror eorundem Comitum Sanctimonialibus feminis praesse videtur, eo videlicet rationis tenore, ut praefatum Monasterium Regio subleuaretur munimine, et Sanctimoniales femine ibidem Deo famulantes in nostro consistere patrocinio, et quamdiu in illorum progense aliqua Sanctimonialis femina, quam vitae religio et sanctorum scripturarum instructio et omnium honorum morum commendat compositio, absque ullius personae contradictione Sanctimonialibus feminis esset praesentata, et si aliter, quod absit, eueniret, quod talis in illa progense inuenta non esset, quae praefatis scilicet virtutibus non ornata videretur, caeterae Sanctimoniales feminae dignam Dei seruitio, quamcunque vellent, eligere inter illas potestatem haberent. Unde per hoc nostrae auctoritatis praecipuum decernimus atque iubemus, ut praefati Monasterii Sanctimoniales feminae desideratam, a nobis munitionem et electionem, nullo inquerente, sed nostra auctoritate eas protegente, per cuncta saeculorum curricula firmam et inuolabilem teneant, ut nullus Comes vel alius quislibet exactor iudiciariam potestatem, vel freda exigenda, seu mansiones vel paratas faciendas in eodem Monasterio, nisi ex consensu, seu petitione eiusdem Abbatis, habere praesumat; Et homines illius Abbatis, siue liberi sint seu serui, nulla iudiciaria coarceantur potestate, sed in praesentia eiusdem Abbatis Aduocati et eorum rectitudinem adquirant, et caeterorum perficiant. Et ut haec auctoritas nostrae Concessionis et Confirmationis firmior habeatur, et per futura tempora a fidelibus nostris melius obseruetur, versusque credatur, manu propria nostra subter eam firmavimus, et anuli nostri impressione sigillari iussimus.

Signum Hludowici



Serenissimi Regis:

Vuolsherius Cancellarius ad vicem Luitberti Archi-Capellani recognoni.

Signum turris cum adpenlis tribus quinquifolliis.

Locus sigilli, qui ostendit in circulo exteriori litteras: † XPE PPOTEGE LOIDOVICVM REGEM. In medio sese offert caput regis annulo impressum, Sigillum est integrum. Accurate hoc conuenit cum eiusdem Ludouici sigillo, facie, capitis ornamento, turris signo et monogrammo apud IOANNEM FRIDERICVM SCHANNAT in Corpore Traditionum Fuldensium p. 210. Conf. ACTA ERVD. LAT. 1725. M. Iul. p. 299. Fig. 2.

Data VII. Kl. Febr. Indict. X. Anno Incarnationis DCCC. LXXVII. Anno primo Hludowici Serenissimi Regis in Orientali Francia regnantis. Actum in Franconofurt in Dei nomine feliciter. Amen.

Pauca ad Diploma hoc sunt notanda. Sigillum repraesentat caput virile et floridum aetate, quod ipsum in Diplomate apud SCHANNATVM et in alio, de praediis Thuringicis coenobio Gandersheimensi exhibito, est obuium. Praesto tamen est Diploma quoddam de immunitate regia coenobii Gandersheimensis, maximam partem cum eo, quod adtulit, consentiens. Scriptum est atramento magis atro, ac monasterio impertitur imperialem immunitatem. Sigillum ibi praefert caput senile, profus discrepans a sigillo Ludouici Saxonis, quod est obuium sub Diplomate SCHANNATI et in medium adlato. LEVERFELDIUS l. c. diploma hoc ipsum atrum loco nostri adtulit, et alterum accuratius omisit. Idem imitatus est LEIBNITIVS, qui diploma vtrumque in plerisque consentiens inter sese non contulit. Quod enim in notis p. 372. subiicit, sigillum bene agnosci non posse, et idem originale Gandersheimi adhuc semel exstare, falsum est vtrumque. IOANNES GEORGIUS ab ECCARD, Vir Illustris, in litteris ad me a. 1729. XIII. Febr. datis Herbipoli, iudicat, Diploma nigro atramento exaratum haud esse genuinum. Rem totam ita expedit. Ludouicus Saxo vir erat ingressus hereditatem partem regni patrii, pater enim 876. 28. Aug. obierat, quum Bruno et Otto immunitatem et regiam tuitionem, ab Hathumoda morti vicina obnixae desideratam pro monasterio regulae Benedictinae in Gandersheim a rege Francofurti ad Moenum, vbi regia erat sedes, exposceret. Dedit igitur Ludouicus negotium scribis publicis, vt diploma conscriberent, cui ex stilo Ludouici Pii et Imperatorum mutuati sunt normam, et sigillum Ludouici Germanici inferius imprefferunt. Senserunt alii errorem, quum diploma a Rege iam fuisset nomine subscripto munitum. Retinuerunt illud \* quidem Bruno et Otto. Ne quis tamen locus esset vlli insimulationi posteritatis, accuratius diploma a scriba alio ad formam praescriptam exaratum fuit, cui sigillum Ludouici iunioris subsignatum est et vox imperialis adempta cum vocibus nonnullis aliis. Rationes in promptu sunt. Sigillum Ludouici Germanici a sigillo Ludouici Saxonis primo obtutu secerni potest, dummodo aliquis sigilla veterum inspexerit et praecipue vtriusque Ludouici. Scriptura est omnino genuina, et reliquis eius temporis diplomatibus ratione stili et manus et orthographiae curate satis respondet. Subscripto Ludouici iunioris genuina est, et nihil omnino discrepat a subscriptione, quae ceteris Diplomatum est subiecta ab hoc Ludouico. Quare Ludouici Saxonis diploma curatissimum, a me adlatum, eo nomine reprehendi nequit, quod in eo imperialis legatur immunitas. Sigillum integrum et nitidum arte expressum nostra est nuperrime, et cum ECCARDO Celeberrimo communicatum, vt compareat in Historia Ducatus Franciae Orientalis, quam avidissime expectant eruditi. Diplomati huic a me adlato fidem facit etiam ROSWIDA p. 328. T. II.

\* Auctoritatem ei non denego genuinam et legitimam. Habet enim omnes notas veritatis et eandem Ludouici manum. Producitur et repetitur ab Ottone M. in Diplomate. Vox imperialis, vt fatetur Leibniti, regiae dominationi tum tribuebatur.

(k) Diplomati Ludouiciano iure iungitur confirmatio Ottonis Imperatoris, et concessio honorum in Mundingheim, quam diploma sequens complectitur, quod praecipue memoratu dignum est, siquidem Ludolphi

dolfi fundationem et diploma praemunit ac defendit. Legitur mendose T. II. *LEIBNIT.* p. 373. 14. at sic habet in MSto: *In nomine Sanctae et indivisuae Trinitatis. OTTO Dei gratia REX. Notum sit igitur omnibus fidelibus nostris, praesentibus scilicet et futuris, quomodo LVITOLFVS, proavus noster, Dux Saxonum, quoddam Monasterium in loco Gandersheim nuncupato construxit, cum venerabili eius Coniuge OTA; primordium igitur eiusdem constructionis affirmans cum Filia velo consecrata, quam Dei servitio ibidem mancipavit, simulque cum ea tradens dotis nomine, quidquid praedii habuit in Gandersheimia marcu, et in Ruidiera marcu, et in Aluunga marcu, et in Lutheria marcu, Postquam autem memoratus Dux migravit e seculo eiusque venerabilis Coniux viduata remansit, filii eorum Duces Brun et Otto adierunt Ludovicum venerabilem Regem, qui sororem eorum ab eis in matrimonium acceperat, et tradiderunt ei supra memoratum Monasterium, quod Luitolf genitor eorum in primis edificare coepit, cum omnibus, quae ad idem Monasterium iure ac legitime pertinere videntur, eo videlicet rationis tenore, ut praefatum Monasterium Regio subleuaretur munimine et sanctimonialis femina ibidem Deo famulantes in eius et deinceps succedentium consisterent patrocinio Regum. Quod ille desiderium gratanter accepit, neque auctoritate Regali concessit, easdem Sanctimonialis potestatem habere inter illas, quamcumque vellent, eligere, et NB. Electionem, nullo inquietante, sed Imperiali auctoritate eas protegente per cuncta saeculorum curricula, firmam et inusolabilem teneant. Deinde concessit, omnes mercatores a Reno usque ad Abiam et Sale transeuntes ad usum Sanctimonialium ibi argentum \* censum thelonis persolvere. Postea vero tradidit ad saepe dictum Monasterium in pago, qui vocatur Suththuringa, \*\* in Comitatu Wallshelmi, \*\*\* quidquid habuit in Tennisteti et in Heriki et in Bliderusteti, ac deinde dotavit venerabilem socrum suam Otam, quae fundatrix existit Monasterii, post obitum Senioris eius Luitolfi, tradens ei in pago Norththuringa dicto, in Comitatu Theoderici, in loco, qui dicitur Wanzena, nuncupato, quandiu superstes in hac vita remansisset. Post obitum vero eius, absque contradictione heredum eius, concessit Henricus auctoritate Regali eandem hereditatem iure pervenit Monasterio in proprietatem pro remedio animarum pissimorum antecessorum Augustorum, et ob eius mercedis augmentum, nec non pro dilecta coniuge sua (i. e. eius) Luitgarda. Huius igitur venerabili exemplo provocatus Arnolfus Rex, \*\*\*\* tradidit ad idem Monasterium in beneficium, per interventum coniugis suae Otae, nec non Hildigardae venerandae neptis eius in elemosinam divinae memoriae aui sui Ludewici Regis genitorisque eius Karolomani Regis, nec non pro beatissimorum Regum, videlicet Ludovici et Karoli patrum, eius commemoratione, animaeque eius remedio, ad usus ancillarum Dei ibidem Domino Sanctisque eius divina obsequia die noctuque persolventium, quicquid habuit in Crufi, et in Calechheim, et in Bluriths in Comitatu Irmsfridi. Deinde tradidit Otto Dux in Hallensteti, \*\*\*\*\* et Henricus Rex tradidit in Veltberchi, \*\*\*\*\* et in Herrihuson. Haec igitur omnia, quae praesenti scripto continentur concessa, non tantum auctoritate Regali concedimus, sed cum his, quae in Mundelnheim habuimus, augmentamus. Et si persona quaelibet posterorum nostrorum, vel aliorum, quod minime fore credimus, hoc nostrae concessionis praecipuum irrumperere temptaverit, Dei omnipotentis iram succurrere se nullo modo dubitet, et coram iusto iudice in tremendo examinis die se rationem inde redditurum. Et ut haec auctoritas nostrae concessionis firmiter habeatur, et per futura tempora melius observetur, veriusque credatur, manu propria nostra subter eam firmavimus et anuli nostri impressione signari iussimus.*

Signum Domini Ottonis  inuictissimi Regis

Luitolfus Cancellarius ad vicem Brunonis Archicapellani recognovit.  
Locus Sigilli Porta arcis

Actum in Vuerlahu, feliciter. Amen.

Data XI. Kal. Mai. Anno Incarnationis Domini DCCCC. LVI.

Indictione XIII. Regnante pro Rege Ottone Anno XX. \*\*\*\*\* i. e. 956.

\* Diploma hoc inuenire licuit. Datum fuit indubie a. 977. VII. Kal. Febr. Indict. X.

\*\* *MEIBOMIUS* T. III. p. 106.

\*\*\* Tempore Ottonis. Ludouico regnante comes ibi erat Otto.

\*\*\*\* *ROSWITA* de Fundat. Gandersh. p. 327. T. II. Leibnit. hanc donationem confirmat.

\*\*\*\*\* Dicitur nunc *Holkensbedt*, pagusque est inter Eimbecam et Northemium situs. Subest nunc terrarum Grubenhagensium Domino.

\*\*\*\*\* Est pagus in Episcopatu Hildesheimensi inter Hildesheim et Brunswicum.

\*\*\*\*\* Otto I. a. 936. electus est in Regem, quo Henricus decesserat Non. Iulii, ut est apud *DITMARVM* L. I. Annal. p. 328. Otto tenuit Diploma nigri atramenti Ludouicianum, vti adparet ex formula inde huc translata. Particula *EIVS* multas haec conciliat ambiguitates, nisi genealogia huius aetatis vocerur in subsidium, quod non aduertens satis *LEIBNITIVS* parorama historicum seu genealogicum haec notauit.

### XXXIV.

#### Mors et sepultura corporis Ludolfi.

Corpus Ludolfi delineare non licet, quale enim id fuerit, veterum nemo debita cum solertia ostendit. In aede cathedrali Gandersheimensi cernitur tabula e regione suggestus, adfixa auditorio Serenissimae Abbatissae, in qua Ludolfus et Oda, tenentes templum ipsum cathedrale manu altera, repraesentantur depicti. Lilia Odae pro insigni heraldico adiecta et vestitus Ducalis, qualis in Germania ante haec duo saecula viguit, produnt picturam recentem, cui nec vola nec vestigium aetatis Carolingicae inest. Praesto praeterea est statua Ludolfi lignea, quae gladium districtum praefert ma-

nostris fidelibus  
quod dicitur Gan-  
dersheimensis Con-  
fessionis in honore  
serenissime pertine-  
re videtur, et vi-  
santimonialis fe-  
m. regentis aliqua  
et omnium bonorum  
et honorum effectus  
quae praefatis sci-  
tis servatis, quam-  
vis status praecipuum  
atque, a nobis ma-  
nente saecularum  
et iudicium potest-  
atis, nisi ex confer-  
tissae, sine liberi su-  
pplae aduocati et co-  
sue Concessionis et  
seruatur, veriusque  
fidelibus iussimus.

† XPE FPOTEGE  
egis anulo impref-  
eiusdem Ludouici  
ogrammo apud W-  
omum Fuldenium p.  
Fig. 2.

Ludouici Serenissimi  
elector. Amen.  
ridum aetate, quod  
penobio Gandershei-  
e regia coenobii Gan-  
est atramento magi-  
re caput lenie, pro-  
INAT) et in medial-  
aliterum accuratius ori-  
atentibus inter se non  
idem originale Gan-  
CCARD. Vir Illustis,  
mento exaratum haud  
reditatem partis regi-  
et regiam tuitionem,  
tinae in Gandersheim  
lenius negotium in-  
nuntati sunt norma,  
tum diploma a Rege  
Otto. Ne quis tantum  
a praescriptam exar-  
ta cum vocibus non  
Ludouici Saxonis pi-  
e veriusque Ludouici  
et manus et oribos-  
minimo discrepat a Lu-  
douici Saxonis diplo-  
nalis legatur inman-  
CCARDO Celeriter  
diffuse expectant et

tatis et eandem Ludo-  
lfi, ut lateret Leib-  
niti

ffio honorum in Man-  
num est, siquidem Lu-  
dolfi

nu dextra, et imposita est cenotaphio, quod supra verum Ludolfi sepulcrum in sacra-rio S. Stephani stat collocatum. At quis non obtutu primo, opus esse recentioris aevi, intelligit? De genere mortis et sepulturae vnum et alterum lubet addere. Mortis causam *BODO* conicit (a) in sororem impiam. Quenam illa soror fuerit, et quomodo ipsa indignationes ac dolores fratri conciliarit, dicere non habeo. Ea quidem soror, quae conflictanti cum morbo mortifero Hathumodae adstitit ac pietatem omnem nepti exhibuit, in malefacti illius suspicionem venire haud debet. Nam ei *AGIVS* luculentissimum probitatis impertitur elogium. (b) Idem tamen (c) *ENDAM* quamdam memorat, cui laudem pietatis singularem detrahit, plura animo commentatus, quam quae verbis expressa sunt, vt facile intelligas, Endam illam minus pie vixisse. Repugnat nobis id vnicum in primis, Endam non sororem, sed filiam Ludolfi fuisse. Quum ipse, sese mortem non esse euasurum, animaduertit, Odae ac filiis Brunoni et Ottoni coeptam coenobii Gandershemensis aedificationem demandauit. (d) Non admodum senio laborasse ipsum, quum e vita discederet, coniectari potest ex quodam Hroswitae loco. (e) Sepultus est in templo Brunesteshufano, (f) vnde anno 881. ad Kalendas Nouembris ipso die inaugurali ossa eius in aedem cathedralem Gandershemensem translata sunt, (g) metallico vasi inserta, et in sacrarium S. Stephani deposita, vbi cenotaphium cum iniecta statua eius lignea hodie extra humum cernitur.

- (a) In Syntagm. de Eccles. Gandersheim. T. II. Meibom. p. 483. T. III. Leibnit. p. 704. *Interea temporis inclutus princeps LVTHOLPHVS, qui Deo in terris domum fundauerat, ad domum non manu factam in coelo vocatur: sicque qui magno licet animi desiderio ecclesiam illam atque coenobium aedificare coepisset, non tamen perfecti, impia sorore illius vitae flamina rumpente.*  
 (b) *AGIVS* in Vita Hathumodae c. VI. p. 9. 10. *Primo omnium venerabilis amita eius, quamuis iam grandaeva et senio confecta, quantum dolor eam adesse permittebat et indefesse adstibat.*  
 (c) *AGIVS* in Dialogo poetico p. 23.

*De patris et fratrum, qui decessere, salute  
 Non decet esse nimis vos modo sollicitas.  
 Vna soror, terni fratres obiere tenelli,  
 Quod fore hos ipsos adprobat innocuos,  
 ENDA soror, quae iam fuerat coniuncta marito,  
 QVOD MINVS IPSA TENET, in sobole illud habet.*

- (d) *BODO* l. c. *Hic, quum lecto decumberet, electissimae coniugi suae ODAE, nec non filiis suis carissimis, Ducibus BRVNONI et OTTONI, omnem structuram coenobii et ecclesiae commisit, et ne quid morae in his paterentur, mandauit: sicque plurimorum cum dolore rebus vale fecit humanis, non dubium de morte ad vitam transmigrans aeternam.* BOTHO in Chronico Brunsvicensi picturato p. 299. ad a. 859. T. III. Leibnit. *In dusssem Iare starff de erluichte Forste Hertoge Ludeleff to Sassen, vnde wart begrauen in der Closter to Ganderssem: Syne Forstinne ODA de wartolt seuen Iar vnde hundert, do starff se, vnde wart begrauen ock to Ganderssem. Vnd Hertoge Ludeleff de leyt na dre sone, Bruno, Danckwart, do blyuen hagenfolte, sunder Otto, de was de sungbeß, de nam cyn wiff, van dome kermen de Keyfers - Varia Bothoni insunt errata, quae ex nostra rei Ludolfinae tractatione per sese patent.*  
 (e) *ROSWITA* de Fundat. Gandersh. p. 225. T. II. Leibnit.  
*Dum vix aetatis febris tetigit mediocris  
 Forsan adhuc illum mundo Deus abstulit isto.*  
 Videtur legendum *finis* pro *febris*, vti iam coniectauit G. G. Leibnitius.  
 (f) *TANGMARVS PRESBYTER* in Vita Berwardi L. I. c. XIII. p. 446. T. I. Leibnit. *Defuncti sunt ante consummatam fabricam Gandenshemensis Ecclesiae et Dux ac Domna Hathumod, sepultrique in anti-qua Ecclesia Brunesteshusen. BODO* l. c. *Sepultus fuit in ecclesia Brunesteshusenensis coenobii.*  
 (g) *ROSWITA* l. c.

*Ossa sed amorum post decursus aliquorum  
 Sunt hac in ecclesia translata locanda nouella.*

*EVERHARDVS* de Ecclesia Gandersheimensi c. 8. p. 153. T. III. Leibnit.

*In dem Münster to Ganderssem lyd he begrauen,  
 Dat he mit vlite hadde begunnen.*

*Gott vrürwe syne Seele an de ewighen Wunnen.*

*CHRONICON RHTTHMICVM PRINC. BRVNSVIC.* c. VII. v. 93. fqq. p. 12.

*Er ward mit Fürstlichen ehren*

*Begraben in seim Gestift*

*Zu Gandersheim, das er hat aufgericht.*

*BODO* in Syntagm. p. 487. T. II. Meibom. p. 706. T. III. Leibnit. *Primi quoque fundatoris Illustrissimi Principis Ludolfi, ante fabricam ecclesiae vita functi, ossa ex veteri ecclesia coenobii Brunesteshusen in nouum templum consecratum transtulerunt eademque in australi parte ecclesiae sepelierunt, in loco, qui modo ad sanctum dicitur Stephanum, vbi illius hodie usque sepulchrum cernitur.*

§. XXXV.

## §. XXXV.

*Obiectiones contra auctoritatem diplomatis Ludolfini prolatae a Meibomio et Gundlingio, quas minus sufficienter soluit Weinrichius.*

Quum inter acta Ludolfi sacra retulerim geminum ipsius Diploma, genuinum omnino et suspicione deteriori quacunq; superius, vti supra demonstraui, operae profecto erit pretium, succinctis diluere ac propulsare stricturis obiectiones illas, quibus summi viri, quos ceteroqui venerandos et celebrandos esse confiteor, illud infestauerunt. *HENRICVS MEIBOMIVS* (a) alterum Diploma eo nomine minus genuinum esse iudicat, quod Ludolfo adtribuitur inibi ad a. 853. profecto ad Sergium Romanum Pontificem. Eadem fere repetit *NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS*. (b) *M. IOANNES MICHAEL WEINRICHIVS* (c) illam obiectionem non vno tentat modo soluere. Monet primo, Ludolfum potuisse alucinari in reminiscendo. At, obsecro, qua ratione is in eis errasset, quae *AGIVM PRESBYTERVM* et Chronica eius aetatis singula non fefellerunt? Si vel maxime tum fuisset obliuiosus senex, ex litteris tamen Sergii et aliorum recordatione repetere rem potuisset, tum in primis memorabilem. Docet deinceps, litteras commendatitias fortasse ad Sergium fuisse directas, cuius nomine, Sergio licet mortuo, litterae fuerint Ludolfo traditae. Verum res illa fuisset incommoda, destituta quippe exemplis et curiae Romanae ritu. Quomodo enim Ludolfus dicere potuisset, a Sergio sese accepisse litteras? quomodo sic donauit Sergio stolas duas albas? Displicet coniectura ipsi Weinrichio. Nec mihi vlla sese verisimilitudinis specie commendat. Ludolfus enim Sergium ipsum vidit et conuenit, vti *ROSWITA* curate litteris memoriaeque prodidit, (d) cui adfentitur *TANGMARVS PRESBYTER*. (e) Omitto alios. Quo igitur tandem confugit *WEINRICHIVS*? Incertos esse annos Sergii esse, pronuntiat, ideoque Diplomati, quantum ad a. 853. adinet, potius esse credendum quam Chronologis. At ita committitur circulus in demonstrando, et illud pro certo ponitur, quod omnino est quam falsissimum. Ponitur etenim, annales omnes eius aetatis et proxime secutae errasse vel viciatos esse. Quod nemo sanus vnquam suo calculo adiecto confirmabit. Nec video caussam, cur annales ad Diploma vnicum, cuius fides aliis sub lite esse videtur, reuocari debeant velut ad normam et amissim. Inuicta profecto persistit veritas illa, qua docemur, anno 853. *SERGIUM* non fuisse Pontificem. Exeunte enim anno 843. Sergius II. ad episcopatum Romanum euectus est, qui anno sequenti Ludouicum II. Lotharii filium in regem Italiae inaugurauit. (f) Plerique scriptores tres annos et aliquot menses

pon-

- (a) In adnotationibus ad Witichindi Corbeienfis Annales T. I. p. 672. *De Sergio Papa maxima oritur dubitatio. Hunc obiisse scribit Onuphrius Panuinius anno 847. quomodo igitur Ludolfus ad eum uenit a. 853. Sigbertus profectionem Principum in Italiam collocat in annum 860. errore crassior. Conciliatore heic opus, quem non praestabo.*
- (b) In libro singulari de Henrico Aucupe p. 12.
- (c) In historischen vnd theologischen Betrachtungen der merckwürdigsten Alterthümer vnd gelehrter Dinge IV. Betracht. p. 626. sqq.
- (d) *ROSWITA* v. 125. sqq. p. 321. T. II. Leibnit.

*Isidem temporibus possedit Papa beatus*

*SERGIUS ecclesiae primatum namque regendae.*

*Hic ubi perlegit chartas Regis sibi missas,*

*Sensit honore Ducem summo dignum venientem,*

*Et perquirendo caussam, qua venerat illic,*

*Affatu miti blandum se praebuit illi.*

*Quem ceu Pontificem summum merito venerandum*

*Exorans DVX LVIDVLVS cum coniuge pronus,*

*Vtique his verbis tota dulcedine mixtis:*

*Inclyte Papa, tuis ne sis durus peregrinis, - -*

- (e) *TANGMARVS PRESBYTER* in Vita S. Berwardi L. I. c. XIII. p. 446. T. I. Leibnit.
- (f) *ANNALES BERTINIANI* ad. a. 844. *HELMOLDI* Chronica Sclauorum L. I. c. 4. §. 6. de dissensione filiorum Ludouici Pii: *Tandem mediane Papa SERGIO discordia sedata est, regnumque diuisum est in quatuor partes, ita, ut Lotharius maior natus, cum Italia Romam, Lotharingiam, cum Burgundia possideret: Ludouicus Rhenum cum Germania, Carolus Galliam, Pipinus Aquitaniam.* Diuisio autem illa et pactio firmata fuit 843. \* mense Augusto. supra §. XXV. (a) *ANASTASIVS* in Vita Pontificum p. 250. 251. *FRODOARDVS* in Carmine de Pontificibus p. 590.
- \* Conf. Chronicon Quedlinburgense ad a. 843. p. 275. T. II. Leibnit.

R 2

pontificatui eius adtribuunt. (g) Anno deinceps 850. *LEO QVARTVS* dudum successerat Sergio. Idem enim Ludouicus non a Sergio, sed Leone IV. Imperator renuntiatus ac consecratus est. (h) *BENEDICTVS* III. a. 858. e vita discessit eumque *NICOLAVS PRIMVS* excepit, (i) mortuus a. 866. (k) qui circa a. 863. Metis seu Mediomatrici in causa Thietbergae vxoris Lotharii iunioris convocauit concilium. (l) Ad annum 868. *ADRIANVS* II. gladium Petri coepit stringere, (m) Hunc excepit *IOANNES* VIII. qui a. 875. Carolo Calvo diadema imperatorium imponebat (n) in natali Iesu. Successit ei *ADRIANVS* III. Imperatorem negotio electionis Pontificalis conatus excludere. (o) Omitto ceteros. Quid igitur Meibomio erit respondendum? Quid est statuendum? Annum verum in Ludolfi diplomate fuisse vitiose rescriptum atramento recentiori, pellucetibus numeris prioribus, supra a me demonstratum esse, (p) memini. Reliquo diplomatis corpori eiusque veritati ex eo nihil detrahitur. Celeberrimus *IOANNES CHRISTOPHORVS WAGENSEILIVS* in Diss. de Joanna Papiissa, quam *SCHELHORNIVS* amoenitatum litterariarum scriptor edidit, contra Logicos ac Iureconsultos euincit solide, vnico momento a veritate auio nequaquam labefactari fidem totius cuiusdam historiae. Ac *IOANNES FRIDERICVS SCHANNAT* ostendit in diplomatibus, praecipue quum ob creperas fugientesque litteras atramento notabiliore rescripta sunt, annos aliquando vitium a recentiori manu traxisse, quod ad euertendam diplomatum reliquam auctoritatem trahi nec possit nec debeat. Weicrichiana responsio ab Agio etiam aliisque infringitur, qui profectionem Ludolfi Romanam inaugurationi Hathumodae praepouunt, hanc autem in annum 852. collocant. (q) Agii autem, scriptoris Ludolfo aequalis et cognitissimi (r) fidem procul dubio nemo damnabit, qui legibus fidei historicae pretium ponere suum recte didicit.

- (g) *GOBELINVS PERSONA* in Cosmodromio p. 245. T. I. Meibom. *ENGELHVSIVS* Chron. p. 171. *CHRONICA S. AEGIDI* T. III. Leibnit. p. 579. *COMPILATIO CHRONOLOGICA* T. III. Leibnit. p. 63. ad a. 844. *Sergius Papa Romanus, cognominatus OS PORCI. Propter quod sibi nomen, ita omnibus Papis mutatur.*
- (h) *ANNALES BERTINIANI* ad a. 850. *Lotharius filium suum Ludouicum Romam mittit, qui a Leone Papa honorifice susceptus et in Imperatorem unctus est.*
- (i) *ANNALES BERTINIANI* ad a. 858.
- (k) *CHRONICON QVEDLINBURGENSE* T. II. Leibnit. p. 278.
- (l) *ANNALES FVLDENSES* et *BERTINIANI* ad a. 863. Ipse *NICOLAVS* in Epist. p. 197. sq. *DECRETA CONCILII ROMANI* Can. I. II. p. 229. *ANASTASIVS* in Vitis Pontificum p. 318.
- (m) Epistola eius ad Imperatorem tum scripta existat apud *BARONINVM* T. X. Annal. Eccles. ad a. 868. n. XV. - XVII. p. 399. 400. et *LACOBVM SIRMONDVM* T. III. Concilior. Galliae p. 370. 371.
- (n) *ANNALES BERTINIANI* ad a. 875.
- (o) *ANNALES BERTINIANI* ad a. 880. *MARTINVS POLONVS* in Chronologia Pontificum, in Vita Adriani p. 364.
- (p) §. XXV.
- (q) *AGIUS* in Vita Hathumodae c. I. p. 4. c. IX. p. 12. *TANGMARVS PRESBYTER* l. c. *CHRONICON HILDESEMENSE* saepe excitatum.
- (r) *AGIUS* in Vita Hathumodae c. IV. VI. VII. In Dialogo Elegiaco p. 4. forores Hathumodae ita adloquitur:

*Vos melius nostis, quanto me semper amore,  
Quantis incolumis fouerit officiis (HATHVMODA.)  
Vos nostis, quanta iam languida sedulitate,  
Qua anxietate meam gestierit faciem,  
Quo desiderio suscepit aduenientem,  
Et quam mirandis mulserit obsequiis.  
Qualiter adloquio fuerit dignata supremo  
Adfiduo nomen ingeminando meum.*

#### §. XXXVI.

*Obiectiones Leibnitii, Eccarti et Hahnii.*

Succedant viri summi *GOTHHOFREDVS GVILIELMVS LEIBNITIVS*, *IOANNES GEORGIVS ECCARTVS* et *SIMON FRIDERICVS HAHNIUS*, qui lumine suo auctoritati diplomatis Ludolfini officere videntur vel alterius vel vtriusque. Illustri Leibnitius in vtrumque virgulam exercet censoriam, nequaquam parcens Ludouici Saxonici litteris, supra §. XXXII. adlatis. Argumenta ipsa iuuat accipere et in medium proferre, vt lectores eo expeditius, responsionem cum eis componere aduersa fronte, valeant. / Locus existat in eis, quae Tomo secundo scriptorum Brunsvicensia illustrantium loco

loco Introductionis praemissa sunt, vbin. XXIX. p. 32. vir maximus ita differit: „Po-  
 stremo adiecta sunt Diplomata complura, quibus res Gandershemenses illustrantur; ex  
 quibus nonnulla sunt contracta breuitatis causa, verbis superfluis omissis. Dissimula-  
 re autem candor vetat in nonnullis antiquissimis haud parum occurrere difficultatis.“  
 Ludolfus fundator ait p. 371. *tam Imperiali auctoritate quam Apostolicae Sedis litteris et*  
*Episcopali benedictione munire (traditionem) curauit.* At Ludouicus Germanicus, Ludoui-  
 ci Pii Augusti filius, cuius vnus potestati suberat locus, Imperatoris adpellatione num-  
 quam vsus est. Nescio tamen, annon excusari hic possit *imperialis auctoritatis mentio*  
 ex eo, quod aliquando in genuinis eius seculi Diplomatum Regum Germaniae *Anni*  
*Imperii* pro annis regni scribuntur. Ex Sergii Papae literis, in Ludolfinas insertis, ap-  
 pare, Ludouicum Regem reliquias petiisse pro Corbeiae nouae Monasterio, de quo, opi-  
 nor, accipiendum est, quod de coenobio, ab eius auo et genitore fundato, dicitur  
 Sed eas Ludolfus Regis, vt adparet, permissu, in rem suam vertit, nouoque, quod  
 ipse parabat, Monasterio inferre decreuit. Quae vero cum Roswitae narratione non  
 satis per omnia conspirant. Aliae Ludolfi litterae reperiuntur, quas habet BODO  
 Tom. II. Ed. Meibom. p. 481. sed quibus multo minus fido, quia ait: *litteris Domini no-*  
*stri Ludouici Romanorum Regis inuictissimi ad Sergium Papam acceptis, cum praedicta coniuge*  
*mea anno Dominicae incarnationis octingentesimo quinquagesimo tertio Indictione pri-*  
*ma Romam iui.* Sed Romanorum Regis mentio hic plane abscondita est, inusitata illis tem-  
 poribus nulloque modo conueniens Ludouico Germanico; et anno Domini 853. ind. I.  
 iamdudum obierat Papa Sergius II, extinctus A. D. 847 Et circa praecipuum Ludoui-  
 ci regis, iunioris, de libertate loci, quod dedimus p. 372. tam in contentis quam in anno  
 haereo. Vult enim Rex, praeter stilum suae Curiae, vt Sanctimoniales loci *Imperialem te-*  
*neant immunitatem, et Annum incarnationis Domini litteris adscribit, quod tunc non*  
*dum in vsu erat; quae nouissima obiectio etiam contra aliud eiusdem praecipuum,*  
*eadem pagina exhibitum, fieri potest. Nisi excusari posse putemus mentionem hanc*  
*anni Incarnationis, quia constat, paucis post annis sub Carolo Crocco, huius Ludouici*  
*fratre, et Arnulfo eam ubique recipi coepisse.* Haec Leibnitius. Nonnulla horum repetit  
 ECCARDVS in Notis ad Agii Vitam Hathumodae Abbatissae p. 28. *multa, inquit,*  
*sunt, quae suppositionis hanc Chartam euincunt. Neque enim tunc, vt alia praeteream, Regis*  
*Romanorum titulus notus erat, neque etiam Ludouico tunc in Germania regnanti Romae quidquam*  
*iuris erat. Adde, anno 853. non Sergium, sed Leonem IV. Papam sedisse. Sergio tamen II. res*  
*sacras moderante quum Romam iuerit, factum id esse debuit circa annos 844. 845. aut 846. His*  
*quippe Sergius Romanae sedi praefuit. Annalista Saxo ineditus scribit, Ludolfum anno 848.*  
*Monasterium in Brunstehusa inchoasse, quod demum Gandersheimium translatum est. Hoc quum*  
*sine dubio ex veteri auctore haustum sit et donationis Charta \* supposititia data feratur tertio post*  
*Romanum iter anno, suspicamus, Ludolfum a. 845. Romam iuisse. Nulla deinde vsque ad an-*  
*num obitus, qui Christi erat 864. mentio illius inuenitur. Ad eum vero Chronicon breue S. Galli:*  
*Ebachard, Hludolf, Erchancker, Liutfrid, Ruddolf, regni Principes, obierunt. Haec Eccartus.*  
 Liceat ad ea, quae heic singularia sunt, pace Viri Illustris paucula adiungere. Chartam  
 donationis Brunshufanae heic cum diplomate membranae inscripto commutari, prae-  
 noto. Quae de titulo regis Romanorum et Ludouico Romae nil iuris habente ad-  
 fert, ad chartam spectant. A Roswita Henricum Aucupem v. 568. vocari *Augustum*  
*Romanorum*, obiter addo. In membrana atramento notabiliore, quod per veteres alios  
 ductus rescriptum est, legitur consignatus annus 853. Structura Gandersheimi prio-  
 ris, si vltimam inchoationem spectas, annum 848. videtur praeuertere, licet tum aedifi-  
 catio memorabilem obtinuerit dignitatem. Ludolfum fuisse vita functum anno 864.  
 supra negatum est (§. XXXIII. (c) (d) Quisnam ille fuerit inuictissimus Italiae et Ro-  
 manorum rex, et quidnam per auctoritatem illam imperialem intelligendum sit, osten-  
 di (§. XXIV. sqq.) Epocham a natali Iesu exordientem iam ante Carolum Caluum  
 intra Germaniae regnum fuisse publico vsui adhibitam, supra demonstraui (§. XXXII.  
 n. e.) Ludolfum petiisse reliquias pro Corbeienfi coenobio a Pontifice, nunquam tradi-  
 tur. Silent litterae, tacent documenta, omittunt accusationem Corbeienfes, ALT-  
 FRIDVS Episcopus et ODA suaserant exstructionem coenobii religiosioris. Ludolfus  
 in eo sequebatur morem aevi, et auctoritati colligendae studebat. Mater IDA institu-  
 to eiusmodi vnice imminabat. Cobbo, Ludolfi frater, Herifordienfe ornauerat mona-  
 sterium. Warinus frater Corbeiam nouam Viti corpore exornare adnitebatur, Rex

S

Roma-

\* Non est proprie charta, sed pergamenum, in quod ex charta olim saeculo X. scriptura est trans-  
 scripta.

*Romanorum* fuit tum Lotharii filius natu maior, Ludouicus II. quem Sergius cingulo et diademate Longobardico inaugurauit. Praeterea non opus est ea accuratione in monumentis Ducum Germaniae antiquissimis, quam succedente aeuo, quum status publicus esset ordinatior, inuenerunt Imperatores et scribae publici. Ne quidem diplomata Carolingorum ratione exilitatum stili publici comparari possunt vbique cum aequali formula et norma. Si tandem citra exempla scripturae eiusdem aeui nihil fide dignum erit, demonstrationis circulus procurret in gyros aeternitatis.

## §. XXXVII.

*Obiectiones Caluorii recensentur et diluuntur.*

Procedo ad *CASPARVM CALVOERIVM*, postquam obiter monui, *HAHNIVM* diplomati Ludolfino priori fidem denegare, inductum formulis *imperiali auctoritate, imperiali epistola, christianissimo Imperatore*, P. I. *der Reichs-Historie* c. VII. p. 241. nota o. Ad haec leuissima satis superque a me responsum esse memini. Fusiora sunt, quae *CALVOER* minatur. Diplomati Ludolfino posteriori auctoritatem omnem is eripere tentat, non vnus, uti ipsi visum fuit, rationibus. Accipe obiectionum ac responsum ad eas seriem breuissime contractam. Ludolfus sese vocat Ducem. Hoc ferre nequit Calvör, Carolum M. Duces sustulisse, dicitans. Gloriatur praecipue de eo, quod Ludouicus Saxo in Diplomate (§. XXXIII. n. i.) Ludolfum vocauerit Comitem. At vero Ludolfus omnino fuit Dux Saxoniae Orientalis, uti Agius, Tangmarus, Roswitha aliique testantur, qui Ducatum suum hereditate ad filios transmisit (§. XX.) Condonanda est viro imperitia. Diploma *OTTONIS MAGNI* et *PRIMI* est instar omnium (§. XXXIII. n. k.) qui Ludolfum, proauum suum, vocat *Ducem*. Imperator, credo, melius nouit Ludolfum quam Calvörus. Obiectio iam succedit altera. Ludouicus, qui commendatitias Ludolfo litteras ad Papam Sergium dedit, vocatur *rex Romanorum*. Appellatio tam honorifica in Ludouicum Germanicum non quadrat. Non equidem repugno. Intelligitur enim Ludouicus Lotharii filius natu maximus tum Romae et Italiae rex (§. XXXIV. sqq.) Ingruit obiectio tertia satis frigida et ponens id pro certo, quod nondum fuit demonstratum. Annus enim dominicae incarnationis diplomati illi Ludolfino est insertus, qui mos demum a Carolo Crasso fuit in diplomatum scripturam inuectus. Ita Calvörus. At ostendimus, (§. XXXII. n. e.) rem longe aliter sese habere. In praefens iuuat meminisse diplomatis Ludouici Pii, quod Noviomagi in confirmationem coenobii in Neuenstadt datum est VI. Kalend. Septembr. anno incarnationis Domini DCCC XXIII. Indictione X. et exhibetur a *LEVCKFELDIO* in Antiqq. Poeldensibus p. 241. sq. Insurgit denuo antagonista, rodens annum 853. quo Ludolfus perhibeat sese iuisse Romam, Sergio II. thronum Pontificalem tenente. At piget responsum toties recoctam reponere. Addit *CALVOER* telum nouum, caussatus, epilogo diplomatis inesse adorationem sanctorum et Petri in primis clauigeri. Quam vellem, saeculi IX. faciem ecclesiasticam auctori perfectius patuisse! Petrum tunc iuisse dictum *coelorum clauigerum*, supra ostendi. (§. XXXII. n. k.) Quis ignorat, Arnulfum Imperatorem demortuum Pontificis opera a peccatis fuisse exsolutum, ut coelum ille intrare posset? Sanctos diuina veneratione in Ludolfi familia fuisse adfectos, patet ex *AGIO PRESBYTERO* (§. XXIX.) qui in Vita Hathumodae Abbatissae Gandersheimensis c. IV. p. 7. de moribunda Hathumoda sic inter alia differit: *Et quia sanctum Martinum semper quadam speciali reuerentia excolebat et in maximis vere necessitatibus eum inuocare solebat, eius meritis et interuentu eas (sorores sacras) ab ignibus eripi supplicem, ut sibi videbatur, orare coepit. Quum postea somnium plerisque narraret, sanctum Martinum quasi ereptorem suum speciali deinceps ab eis veneratione et obsequiis celebrandum commendabat. Adplaudit ipse Agius aetate suppar p. 8. Unde patenter, addens, intelligi datur, *EIVS MERITIS* hoc eam contra infirmitatis violentiam potuisse. Idem in Carmine p. 22.*

*Tu iam fata patris, fratrum simul, atque sororum*

*Isihinc nosse vales, unde iuuare potes;*

*Chara soror, quae nosse potes simul atque iuuare,*

*Illos nobiscum adiuua apud Dominum!*

Conf. *ADRIANI* a *CATTENBURGH* Enarratio historica de origine cultus reliquiarum, quae subiecta est spicilegio Limborchiano in loco quinto. Si Martino tantum hono-



honoris \* saeculo IX, fuit habitus, quis Petrum fuisse adoratum, negabit? Pergit CALVOERIVS obiectiones obiectionibus addere, imponens Pelion Ossae. Lutholphus pro Ludolphus arguit Saxonem superioris Saxoniae. Bona verba, quaeso. In diplomate legitur LUDOLFVS. At quid tum, si diplomati inesset vox Lutholfus? Ludouicus Saxo vocat eum Luitolf (s. XXXIII. n. i.) Otto autem Luitolfum. Eadem ratione tum scribebant multi Lothwicus pro Ludeuicus. ANNALES CORBEIENSES T. II. Leibnit. p. 218. ad a. 847. de Ludouico iuniore, genero Ludolfi: *LOTHEWICVS iunior deuotionem suam habuit in monasterio nostro, laudans disciplinam regularem Fratrum, immo dicens: nullam beatiorum vitam esse, quam Monachorum Deo semper famulantium.* Omitto exempla alia. Displicet porro censori, in diplomate dici Brunstasbusen pro Brunshusen, scilicet ex stilo medii aevi voces dithyrambicas adfectante. Elumbis ratio et oppido falsa! TANGMARVS scribit aequae Brunstasbusen in Vita S. Berwardi L. I. c. XIII. p. 446. ANNALISTA SAXO INEDITVS ad a. 848 vocat Brunstasbusen. Coenobium id nondum hos ante ducentos annos dicebatur Brunshusen; sed continuo Brunstasbusen in libris scriptis ac chartis membranisque legitur. Tandem CALVOERIO videtur absolum, Ludolfum dici litteris Domini sui Ludouici Papae commendatum, quod in dignitatem Ludolfi non quadrare videtur. Sed quis docuit vnquam, Ducem Germaniae saeculi IX. ac X. a nemine dependisse? Suberant illi omnino iurisdictioni vel regiae vel Imperatoriae. Monumenta profecto eius aetatis testantur, plurimos Germanorum in dissensionibus filiorum Ludouici Pii suscepisse partes Lotharii ac eius filii natu maioris, in hereditatem potestatis supremae geniti. In Italia Ludolfus fruebatur praesidio ac auctoritate summa Ludouici regis, cui simulac sese submitit, iurisdictionem quamdam detulit. Omitto humanitatis legem, quae efficit, vt inferiores, licet subiecti non sint, reges vocent dominos suos. Aut enim obsequio quodam indebito aut obedientia, debita nititur illa adpellatio. Exempla sunt obuia in eis, quae rex Asturiae (a) et Angliae (b) ad Carolum Magnum perscripserunt. Sanctissimum \*\* dici Papam die suo functum, Calvörio videtur insulsum, rato, diploma ob hanc adpellationem superstitionis videri opus recens alicuius Monachi. Quis autem miratur, defunctos tum vocatos esse sanctissimos, quum eodem aeuo AGIVS in Vita Hathumodae c. IX. p. 12. virgines Deo sacras, Hathumodae superstitas, vocet sorores sanctissimas, et Hathumodam denominet magnae sanctitatis feminam. RVOIGERVS in Vita Brunonis, fratris Ottonis M. s. XXIII. p. 281. T. I. Leibnit. Agapitum vocat mirae sanctitatis Papam. In CHRONICO RASTEDENSI p. 94. T. II. Meibom. Calixtus II. vocatur sanctissimus pater Romanae sedis Apostolicus. Carolus M. in Diplomate apud HENRICVM WOLTERVM in Chronica Bremensi p. 28. Guibertum et Willehadum adpellat sanctae conuersationis viros. Alienum videtur praeterea CALVOERIO, loca a Ludolfo congregationi sacrae dicata dici marcas, Gandersemiamarcu, Aluungemarcu et ita porro. Mire heic fluctuat censor. Etenim nunc voces illas putat esse dithyrambicas et recentioris aevi, nunc inde instar veri elicit, Ludolfum fuisse marchionem. Vtrumque profecto simul stare nequit. Si membrana Ludolfina est falsa et dithyrambice ficta, tum inde de Ludolfi marchionatu nil solidi poterit conligi. Sin marchionatus Ludolfi ex ea comprobari potest, habetur omnino pro genuina. At quis, simulac mentionem marcae iniici audit,

\* Bruno quidam Westphalus tempore Karoli M. omni die deuote legit ad honorem S. Wiberti, unam Oratorem Dominicam et Angelicam salutationem, efflagitans deuoto corde, vt imminente extremae necessitatis articulo dignaretur ipsi auxiliari et adesse et Deo suis patrocinis ipsum reconciliare: elegitque ipsum in specialem Patronum, vti est in Vita S. Wiberti, olim S. Ludgero supposita T. II. Leibn. p. 269.

(a) POETA SAXO p. 164. T. I. Leibnit.

Ex quibus vnus erat Hadesonsus nomine dictus,  
Qui Rex Asturiae Galliciaeque fuit.  
Qui dum legatos et munera mitteret illi,  
Mandabat dici se proprium Caroli.  
Scottorum reges ipsum Dominum vocitabant,  
Ac se subiectos ipsius et famulos.

(b) EGINHARDVS in Vita Caroli Magni c. XVI. ALBERICVS ad a. 804. p. 142. IOANNES IACOBVS CHIFLETIVS in luminibus praerogatiuis ad Vindicias Hispanicas lumine XIII. p. 393.

\*\* Iam in epistola Ignatii ad Ephesios Onesimus adhuc viuus dicitur μακαριώτατος, beatisissimus. Erat ille episcopus Ephesi. Si epistola illa fuit supposita, vti nonnulli contendunt, saeculo tamen III. incunte fuit factitata. Eam enim laudat Origenes, Basilius citat, Hieronymus praedicat.

dit, de marchionatu solide cogitat? Marcas enim maiores, cuius praefecti dicebantur et marchiones et marcarum comites, primus constituit Ludolfi nepos, Henricus Au-  
 cept. Ludolfum fuisse non marchionem, sed orientalis Saxoniae Ducem primum, supra  
 ostendimus. *Marca* hodie in tractibus hisce ad Herciniae australem plagam agrorum  
 numerum notat, qui uni pago vel vico proprius est, quem vocant vulgo *feldmark*. \* Varia  
 inde adhaerent iugerum tractibus cognomina. Doleo, *CALVOERIVM* non contulif-  
 se diploma Ottonis I. quod nemo fidei subleste insimulat vel cum vlla veritatis spe-  
 cie incusare potest, vbi pariter T. II. Leibnit. p. 373. leguntur *Gandershemia marcu*, *Ru-  
 diera marcu*, *Aluunga marcu*, *Lutheria marcu*. Addi poterat membrana Bernardi Episco-  
 pi Halberstadiensis, quod p. 374. sub exordium ita habet: *In nomine sanctae et individuae  
 Trinitatis Qualiter ego Bernhardus Halberstadenfis Ecclesiae solo nomine Episcopus rogatu Domi-  
 nae Gerburgae Gandershemensis Monasterii venerabilis Abbatissae et interuentu dilectissimi nostri  
 Ottonis Augusti omnem decimationem quatuor MARCARVM et VILLARVM, scilicet Dengdi,  
 Witmari, Weuerlingi, Sutherinn, praesente eodem dilectissimo nostro Ottone Imperatore Augusto  
 et Willehelmo Moguntinensis Ecclesiae Archiepiscopo - supra dicto Gandershemensi Monasterio ad  
 augmentum victualium et Vestimentorum ancillarum Dei ibidem Deo seruientium contradidi.*  
 Hinc, marcas et villas maius et minus tum denotasse, patet. Quae autem *CALVOERI-  
 VS* larga manu adtulit, vt eneruaret fidem litterarum Sergii Pontificis easque in com-  
 mentitias commutaret, a me in accessionibus criticis supra sunt diluta (§. XXVII,  
 XXVIII.) Imperatores ac Reges Carolingicos fuisse dictos *christianissimos*, quemad-  
 modum supra euici, ita ex *HENRICI WOLTERI* Chronica Bremensi de vetustis char-  
 tis collecta p. 21. T. II. Meibom. intelligitur: *Fundata ergo Bremensi ecclesia a beato Karolo,  
 CHRISTIANISSIMO rege Francorum et Imperatore Romanorum - -*

\* *MARCA* Ludolfi aetate notabat tractum insignem, qualem nunc dicimus *praefecturam*, ein Amt. Patet  
 id ex eo, quod *Gandershemiae marcae* accessio dicatur *Gandershemigaw* in Diplomate Henrici II. apud  
 LEVCKFELDIUM in Antiq. Gandersh. p. 116. Vox superest hoc sensu in Finnia ac Lapponia. *Gan-  
 dershemia marcu* dicitur a villarum congerie seu pago Alten Gandersheim, complectens olim tractum,  
 in quo nunc eminent Gerenrode, Helmscherode, Gremshufen, Alten Gandersheim, Ackenhausen,  
 Brunshausen, Nordludoluessem; Clusas, partem pagi Dangleuessem, Gandersheimium, Südludol-  
 vessem, *Rudiera marca* ab antiquissimo pago Rüden sic dicta complectitur tractum, in quo sunt Bo-  
 kenem, Rüden maius et minus, Mechtshausen, Odenhausen desolatam, Bilderlage, Bornhausen, En-  
 gellade, Nienstede et maxima pars bonorum in desolato Heferhagen. Tractus integer a Gittelde ad  
 Bokenem dicebatur *Ambergaw*. In Rudiera marcu circiter a. 1138. *Bornhausen* praedium, paullo ante  
 ab Abbatissa Gandersh. in terra a Ludolfo donata exstructum, collatum est profapiae vni Equitum de  
 Steinberge, eaque defuncta, rediit ad Dominam Abbatissam.

## §. XXXVIII.

ODAE, uxoris Ludolfi, vita et fata.

Iustis Ludolfo sic persolutis maioribusque nostris a fraude intentata liberatis, ad  
 ODAM, coniugem Ludolfo superstitem, me conuerto. Praecedat mater; subsequan-  
 tur liberi praeter Hathumodam ceteri. Odae nomen nobilitatem designat, siquidem  
 ex *at*, *atta*, *aette*, *edda*, *hath*, quae voces venerandum et pie habendum denotant, no-  
 men eius tractum est. *Atta* pater, *adel* nobilitas, *aedel* nobilis, *aett* profapia, id ipsum  
 fati loquuntur. (a) Genere clarissimo spectabilem fuisse Odam, nemo dubitat. (b) Ali-  
 am originationem fautor praestantissimus IOANNES GEORGIUS ab ECKART (c) amat,  
 Odam exprimens *benedictam* scilicet opibus, hoc est, beatam, diuitem et opulentam.  
 Patre Billungo, matre Aeda, principibus Francia orientalis, erat progenita. (d) In lu-  
 cem

- (a) IOANNES GEORGIUS WACHTERVS in Glossario Germanico p. 71. ed. Lips. 1727. 8.  
 (b) Ab AGIO dicitur in Vita Hathumodae c. I. p. 3. ex nobilissima acque Francorum profapia descen-  
 dens.  
 (c) IOANNES GEORGIUS ab ECKART Notis in Vitam Hathumodae Abbatissae p. 35. Gothis enim Vete-  
 ribus audags, Alamannis, odeg et otag, Anglo-Saxonibus EADIG est beatus, benedictus, fortunatus,  
 diues; quod vel Glossarium Gothicum Iunii amplius edocebit. MABILLONIVS Saec. Benedictine  
 IV. Part. II. p. 570. ostendit, Euticum Abbatem, cuius Iohannes in Vita S. Odonis Cluniacensis me-  
 minit, eundem esse cum Benedicto Abbate Anianensi, a quo Concordiam Regularum et Ordinem Mo-  
 nasticae conuersationis conscripta scimus. Reddidit ergo et is Germanicum. Eutic vel OTIG nomen per  
 Latinum Benedicti.

- (d) ROSWITHA de constructione coenobii Gandersheimensis v. 21. sqq. p. 319. T. II. Leibnit,

Cui CONIVX ergo fuerat praenobilis ODA  
 Edita Francorum clara de stirpe potentum;  
 Filia BILLVNGI cuiusdam Principis almi.  
 Atque bonae famae generosae scilicet AEDAE.

cem fuit suscepta a. 806. quia annos centum et septem nata (e) anno nongentesimo decimo tertio a nato lesu diem supremum obiit. (f) De matris Aedae genere, vita ac fati omnia sunt incognita, excepto vnico illo momento, quod monuerit filiam de coenobio per Ludolfum extruendo. (g) Pater autem Billungus erat Comes, *almus princeps* a Roswida dictus. *IOANNES GEORGIUS ab ECKART* (h) Billungum hunc pro fratre Bernardi seu Bennith Comitis habet, vtrumque autem pro filio Amalungi Saxonis, inter Francos recepti, qui Caroli M. missus i. e. iudex prouincialis, erat. Traditiones Fuldenenses hactenus ineditae in traditionibus Saxoniae inter cetera sic habent: *Billunc et Bennicho tradiderunt S. Bonifacio bona sua ob remedium animae fratris sui Rudrati, quaecumque habuit in villa Orda in pago Hardegewe prouinciae Saxoniae. Hardegewe, Hartisgoa, Hartingowe, erat tractus ad Herciniam, porrectus per Magdeburgicum et Halberstadiensem ducatum et per confinia Goslariae ad Gethilde seu Gittelde et Nordhusam.* (i) Quare per Ordam intelligo *Ortsbusen* ad oppidulum Hildesheimensis Episcopatus *Bokenem*, siquidem Bonifacii auctoritas non vltra ab austro olim in septemtriones patuit. Amalungum fuisse Bennithi et Billungi patrem, docemur e codicillo Bennithi a *BROWERO* (k) edito, vbi Bennith dicitur Comes Saxonicus, id est, iudex supremus, si a rege discefferis. (l) Amalungus ille indubie fuit Amaluuius seu Amaluuius, Caroli M. missus, qui Witichindo et Albioni persuasit, vt sese Carolo submitterent et fidem christianam amplexarentur. (m) Pleraque Billunganorum veteres possessiones in

(e) *CHRONICON QVEDLINBURGENSE* p. 278. T. II. Leibnit. ad a. 913. *Otto Ducum praecipuus, de quo velut fertilissimo quodam stemmate imperatoria illa Orthonum progenio, totius Europae terminis non modicum profutura, processit, omni limosae molis abiicit. Domina ODA, mater scilicet ipsius, obiit anno CVII. vitae suae. OTTO Rex et Imperator futurus natus est.*

(f) *TANGMARVS PRESBYTER* in Vita S. Berwardi c. XIII. p. 446. T. I. Leibnit. *Domna quoque ODA centesimo septimo aetatis anno omnibus filiis praemissis decessit, Christina tantum superstitis, postquam est iuxta filias suas. CONRADVS BOTHO* in Chronico picturato Brunsvicensi ad a. 859. p. 299. T. III. *In duffem Jare starff de erluchtige Forste Hertoge Ludeleff to Sassen - Syne Forstinne ODA de wart als seven iar unde hundred, do starff se unde wart begraven och to Ganderssem. CHRONICON RHYTHMICVM Principum Brunsvicensium c. VIII. v. 106. sq. p. 14. T. III. Leibnit,*

*Dar na starff de here (chara, die liebe)*

*Die Hertogine ODE*

*De an reiner hode (custodia virtutum)*

*Brachte in alder, dat is war,*

*Seven unde hundred Jar.*

*Or Seele get an hymmelrike bestede*

*Dorch sine hilgen Gebede.*

(g) *ROSWIDA* p. 321. de ODA:

*Ast vbi Luidulfo fuerat Venerabilis ODA*

*Foedere legali coniuncta suo seniori*

*Inter nostrates celebris profecerat omnes,*

*Moribus et factis callem gradiens pietatis;*

*Exemploque suae viuens matris venerandae,*

*Se totam Domino commendabat prece sacra,*

*Corde tenens MATRIS MONITVM Claustru faciendi.*

(h) In Notis ad Vitam Hathumodae Abbatissae Agii p. 34. 35.

(i) *HENRICVS MEIBOMIVS* de Pagis Saxoniae p. 101. T. III. rer. Germ.

(k) *CHRISTOPHORVS BROWERVS* in Antiqq. Fuldens. L. III. c. 12. p. 217. *Bennith Comes Saxonicus, patre Amelungo natus, cum Saxonum factionem patriamque fides posthabet, patrem secutus, Carolo gratiosus euasit in paucis. Pater Amelungus agrum Waldebech inter Wisaram Fuldamque incolens; terrarum, quod ex Buchoniae saltu occupauit, norvando arandoque ad eximium cultum prouexit. Filius heres, patre mortuo, Carolo nutu interueniente, patriam hereditatem pie legauit; quae soli culti tantum habuit, vt duas leucas circa Visurgim ambiret.*

(l) Diploma Imperiale Karoli M. quo Trutmannum Comitem in Westualia constituit, inter alia sic habet: *Quapropter in illa parte Saxoniae Trutmannum, virum illustrem, ibidem Comitem ordinamus, vt resideat in curie ad campos, in mallo publico (i. e. loco forensi et iudiciali) ad vniuersorum causas audiendas vel recte iudicia terminanda, isque advocatum omnium Presbyterorum in tota Saxoniam fideliter agat, superque vicarios et scabinos, quos sub se habet, diligenter inquirat et animaduertat, ita vt officia sua sedulo peragant - -*

(m) *POETA SAXO* ad a. 785. p. 134.

*Tunc vbi compererat (Karolus) Widokindum iam memoratum,*  
*Abbonemque simul, qui de maioribus eius*

T

Gen-

in pago Bardengau ad Bardevicum sitae erant, alioquin Amaluino Witechindus fidem non habuisset, ni popularis et percognitus fuisset. Quare incertum esse negamus, Amalungum gente fuisse Saxonem, fidelitate et officio Francum. An Bennit fuerit Wicemanni parens a. 811. ad Danos missi, et hic porro Billungi progenitor, qui Hermannum illum procreauerit, cui Otto Magnus principatum militiae, seu Ducatum, per Saxoniam impertitus est, nunc non disputo. Id saltem addere liceat, verosimilitudinem ex nominis et praediorum ad Stübbekeshorn in Bardengoa propagatione satis ac super elucere. Billungum sane non fuisse agricolam vel agricolae filium, uti scriptores aevi medii comminiscuntur, sed potius nobilem, baronem, modicique tractus iudicem, solide et ab integro ostendit *HENRICVS MEIBOMIVS*. (n) Billungum Odae parentem *NICOLAIVS HIERONYMVS GVNDLINGVS* videtur pro Nibelongo habere, (o) Childebrandi illius, qui Caroli Martelli germanus in Supplemento Fredegarii ad a. 739. dicitur, filio. Verum nulla subest suspicioni illi ratio, totusque argumentandi nervus in exilem soni adfinitatem erumpit. Quod vir ille limatissimi iudicii probe perpendens, per modum quaestionis proponit coniecturam suam, quo ipso diligentiam aliorum acuit et suam cuique adprobavit modestiam. Iam foret exponendum, quo anno et quibus rationibus nuptias ODA cum Ludolfo conciliauerit. Sed tacent libri, tacet fidelis fama, tacent monumenta. Id habet ODA eximii, quod monitu matris Aedae Ludolfum ad coenobium Gandersheimense condendum impulerit: quod socia itineris Romani fuerit ad Sergium Pontificem: quod a. 874. exeunte Hathumodae moribundae adstiterit, summam doloris societatem testata: (p) quod a. 875. sub initium temporis Quadragesimalis marito fuerit orbata. *ROSWIDA* in primis laudibus vitam Odae, ab obitu Ludolfi extollit summis, seueram quippe et maxime piam. (q) Exstructionem coenobii novi viribus omnibus adiuvit et amplificavit. (r) Ludolfus ex ea tredecim suscepit liberos. Quatuor praematura morte sunt extincti, (s) de quibus vnus in

Albis

*Gentis erant, memores scelerum latitare suorum  
Finibus in patriis, quos sepeferat ad borealem  
Albia lata plagam iuxta confinia terrae  
Danorum, mittens propriis de ciuibus ipsis  
Legatos, hortatur eos, quo flectere tandem  
Colla sibi, fideique suae se credere vellent,  
Commissi veniam, nec non et PRAEMIA spondens.  
Conscia sed magni dubitarunt corda reatus  
His de promissis, donec firmata salutis  
Spes est obsidibus missis, quos expetierunt.  
Quos ut AMVLVINVS quidam vernaculus aulae  
Eius adduxit, properarunt protinus ambo  
Ad Regem, iam tunc fuerat qui forte reuersus  
Ad villam propriam*

(n) In Vindiciis Billinganis p. 37. sqq. T. III. Script. rer. Germ.

(o) In libello de Henrico Aucupe p. 13.

(p) *AGIVS* in Vita Hathumodae c. VI. p. 10. Super omnia mater admirabilis dolorem internum vultu placidiori tegens moerentes consolari, stentes compescere, singulas alloquio suo delinire studebat - - Quantis ipsa gemitibus inter Ecclesiam et lectulum filiae discurrebat?

(q) *ROSWIDA* p. 325.

*Forsan adhuc illum (Ludolfum) mundo Deus abstulit isto,  
Dum vix aetatis fines tetigit mediocres,  
Illustris Dominae posthaec ut plenius ODAE  
Mens intentata (intenta) Deo posset tractare superna,  
Expers carnalis totius provsus amoris,  
Nec tamen auxilii solamen denegat illi:  
Sed praestabat opem solita pietate recentem,  
Qua suffulta suas posset ditescere Nonnas.*

(r) Conf. Bodonis Syntagma p. 484. T. II. Meibom. *BODO* l. c. p. 484. seu T. III. Leibnit. p. 704. *EVERARDVS* de Ecclesia Gandeshemensi c. IX. p. 154. T. III. Leibnit.

(s) *AGIVS* in Carmine p. 23.

*Vna soror, terni fratres obiere tenelli  
Quod fore hos ipsos adprobat innocuos.*

Nullus

Albis defunctus et prope S. Idae corpus Hirzfeldiae sepultus est. (t) *AGIVS* memorat (u) quoque filiolum, quem pater Monachorum coenobio iunxit. (x) Intellego Warinum, Abbatem postea Corbeiensis, inductus eodem nomine, in fratre Ludolfi conspicuo. (y) De Brunone et Ottone filiis separatim agam. De Hathumoda ex professo dictum est. Hanc excepit in honoribus Abbatissae sustinendis *GERBURG* seu Gerburgis, demortua anno 896. Superest *SOPHIA*, itidem virgo sacra, (z) quae videtur ante excessum Gerburgis vitam deposuisse. Gerburgi successit *CHRISTINA*, Abbatissa tertia, quae expiravit a. 919. superest tandem flos et honor familiae *LUITGARDA*, vxor Ludouici iunioris Germanici seu Saxonis. Witichindi et aliorum errorem, qui Luitgardam Ludouico infanti, Arnulphi Imperatoris filio, nupsisse tradunt, supra refelli (§. VIII.) Maiori imperitia eam alii vocant Mechildam seu Mechtildem. (aa) Qui Tanquardum ex Ludolfo genitum esse existimant, (bb) confundunt Thannemarum (cc) Ottonis illustris filium, vel (dd) Thammonem seu Tanquardum Henrico natum Aucepe cum eo, qui nunquam existit. Bruno periit a. 880. Otto Comes obiit a. 912. (ee) Luitgarda e vita excessit a. 885.

XXXIX.

Nullos praeterea liberos habuit Ludolfus nisi ex ODA susceptos, quare *AGIVS* eos vocat p. 22. *uno patre factos, uno utero genitos*, unde fit perspicuum, Ludolfo unicum fuisse uxorem ODA, quod ipsum silentio auctorum de pluribus vxoribus Ludolfi confirmatur.

- (t) *VFFINGVS* in Vita S. Idae L. I. c. 9. p. 174. T. I. Leibnit. *Posthaec quum ipse locus ab aliis hereditaria successione possideretur (Hirzfeldia) et, ob praesidentium incuriam, vilitatibus obsolescere coepisset, continuo benignus Dominus sanctae famulae suae merita Idae, ad castigationem improborum, terribili patefecit euentu. Nam praecleari Comitis Ludolfi amabilis soboles, dum adhuc in albis ab hac luce raperetur, ad eandem ecclesiam deferunt. Et quia sancta Dei opinio necdum in aperto emicuit, penes eam pusionem sepeluerunt, qui die sequenti de tumultu extractus ante ianuam vestibuli inueniuntur, in quo erat inclusus.*

- (u) *AGIVS* in Dialogo de Obitu Hathumodae Abbatissae p. 23.

*Filiolum - coenobio iunxit Monachorum  
Ne qua Deo deesset portio forte sui.*

- (x) Notandum hoc fuerat Calvörrio, qui saeculum illud IX. a superstitione nimis liberat.

- (y) Errata scrius notata a *LEIBNITIO* post Indicem generalem T. III. p. 245.

- (z) *AGIVS* in Dialogo p. 26.

*Te tamen et SOPHIA simul et bonitate sciebam  
Non in iure sibi (illi) optime substitui.  
Vt siquidem carnis sibi (illi Gerbergi) iure propinqua fuisti;  
Sic itidem meritis proxima tu fueras.*

Ex p. 23, patet, hanc fuisse Ludolfi filiam:

*Hic sacra sanctorum ossa locans, vos quinque sorores  
Illic Diuino dedit obsequio.*

Sorores igitur illae fuerunt Hathumoda, Gerberg, Sophia, Christina, et Anonyma. Enda enim erat maritata. Accedit Luitgarda. Et vna obiit tenera. Ita tredecim liberos procreauit ODA. Fertilissimus prouentus! Anonymam voco, quae tenera obiit, ab Agio non nominata.

- (aa) *CHRONICON HALBERSTADENSE* p. 113. T. II. Leibnit. *Hic Ludouicus (infans) accepit uxorem nomine Mechtildam sororem Brunonis ac Ottonis, qui descenderant a stirpe Widekindi Ducis Saxoniae. M. THIDERICVS ENGELHVSIVS* in Chronico Vniuersali apud Maderum p. 170. *Hic duxit Mechtildam sororem Ottonis primi Ducis Saxonum, filiam Ludolfi de stirpe magni Wodekindi. COMPILATIO CHRONOLOGICA* p. 63. T. II. Leibnit. *Istius Ludolfi filiam Mechtilde Lodouicus Imperator, filius Arnolphi, duxit uxorem. Lucardam Arnolphi habet SCHATENIVS* ad a. 989. p. 218. T. I. Annal. Paderborn.

- (bb) *ANONYMI* Chronica Brunsvicensis apud Maderum p. 2. *Iste (Ludolfus) genuit tres filios, Oddonem, Brunonem et Tanquardum. Hi duo Tanquardus et Bruno ciuitatem Brunswick, sicut habetur in quibusdam Chronicis, fundauerunt. BOTHO* in Chronico picturato p. 299. T. III. Leibnit. *Hertoghe Ludeleff de leyt na dre Soue, Bruno, Danckwart, de bleuen hagenstolte, sunder Otto, de was de jungheff, de nam eyn wiff. - CHRONICON RHYTHMICVM* c. VIII. p. 13. memorat *Danckworderode*, sed *Danckwordum* non meminit.

- (cc) *WITICHINDVS* in Annal. p. 635.

- (dd) *DITMARVS MERSEBURGENSIS* restitutus L. II. p. 331.

- (ee) *DITMARVS* L. I. p. 325. mortem Ottonis locat in *secund. Calend. Decemb. NECROLOGIVM* autem *FVLDENSE* p. 763. T. III. Leibnit. in annum 912. Fallitur igitur *CHRONICON QVEDLINBURGENSE*, quod annum 913. ponit.

T 2

Nulla

## §. XXXIX.

*Brunonis filii vita et mors recensetur.*

BRVNO natu maximus patri in Ducatu successit, (a) cui pater, morti vicinus, constructionem coenobii Gandersheimensis nondum ad fastigium perducti demandauerat. (b) Acta togata eius magna ex parte sunt incognita. Vnum et alterum habemus compertum. Auctor enim et conditor fuit originis tenuissimae oppidi *Brunswick*, quod postea in quinque ciuitates et summam amplitudinem excreuit. (c) Coenobio Gandersheimensi peperit a Ludouico Saxone regiam tuitionem et immunitatem imperialem, vnde factum est, vt monasterium posthaec soli Germaniae imperio regique subesset. (d) Coenobium *Brunshausen* denominationem ex eo trahit, quum antea *Gandershem* diceretur. Vxorem nunquam duxit. (e) Acta sagata sunt euentus tristioris. Ipse enim Normannis, simulacrorum cultoribus, e Dania ac Holsatia in Saxoniam impresionem, duce Erico seu Barutho, (f) facientibus obuiam egressus infelici Marte interiit. Circumuentus enim ab eis, fufus ac fugatus et interemtus est. (g) Res illa aduersa accidit

- (a) *ROSWITA* de Fundat. Gandersh. p. 326. T. II. Leibnit.  
*BRVN DVX Ecclesiam promptus defendere sanctam - -*  
*Occiditur binis cum praesidibus venerandis -*  
*Quo mox occiso iunior frater suus ODDO*  
*Dux factus populi, dono Regis Hludowici.*  
 Dicitur itidem *DVX* a *DITHMARO* L. II, p. 335. T. I. Leibnit. in *ANNALIBVS FRANCICIS* ad a. 880. praecipue *FVLDENSIBVS* p. 43. T. I. Freheri, ab *HELMOLDO* in *CHRONICO SLAVORVM* L. I. c. 7. *ADAMO BREMENSIS* c. 31. *WITICHINDVS* Annal. L. I. p. 634. T. I. Meibom. tradit. *Brunonem administrasse Ducatum TOTIVS Saxoniae*. Conf. *HENRICVS MEIBOMIVS* T. III. rer. Germ. p. 48. Successit igitur patri et patruo Cobboni, quorum ille Orientalem, hic Occidentalem Saxoniam, vti Dux, administrauerat.
- (b) *BODO* in Syntagm. p. 483. T. II. Meibom. *Ludolphus quum lecto procumberet, electissimae coniugi suae ODAE nec non filiis suis carissimis, Ducibus Brunoni et Ottoni, omnem structuram coenobii et ecclesiae commisit, et ne quid morae in his paterentur, mandauit. ROSWITA* de Fundat. Gandersh. p. 324. T. II. Leibnit.
- (c) *CHRONICON VETVS DVCPVM BRVNSVICENSIVM* p. 14. T. II. Leibnit. *Hi duo, Bruno et Tanquardus, ciuitatem Brunswick fundauerunt. CHRONICON STADTVVEGII* ad a. 861. p. 265. T. III. Leibnit. *Brunswich wart in dussen Jare gebuwet, de Hertoghe Luadeff beghan, vnd syne Sone Bruno vnd Tanquart vubrachten, vnd freden mit den Denen, dar Bruno geschlagen wart. CHRONICON HALBERSTADENSE* p. 113. T. II. Leibnit. *Hic Bruno fundator existit ciuitatis, quae Brunonis vicus vocatur. BOTHONIS Chronicon Picturatum* ad a. 861. p. 299. sq. *Brunswich wart begunn to buwen in dusssem Jare van den tweiten broderen Hertoghen to Sassen Bruno vnde Danckwort. So vnde ick in der Schrift, dat dar gelegen hadde eyn torppe, dar nu de olde wick licht, vnde dat hadde Koningh Karle vorherdet. Do quam Hertoghe Danckwort vnde buwede dar eyn borch vnde leyt de bemuren, vnde is nach de ringhmuren umme den dom in Brunswick, vnd so wart de borch geheten Danckwerderode. Do quam syn broder Hertoch Bruno vnde betegende dat wedder eyn huse upp to richten, do de woyste dorpestidde was - CHRONICON RHYTMICVM* c. VIII. v. 33. 199. p. 13. T. III. Leibnit. *CHRONICON ENGELHVSII* p. 1070. T. II. Leibnit. Confer. P. I. *REHTMEIER* in *Braunschweigischer Kirchen-Historie* P. I. sub initium. *BODO* in Synt. p. 487.
- (d) Diploma Ludouici ad a. 877. VII. Kal. Febr. T. II. Leibnit. p. 372. et Ottonis I. p. 373. Vtrumque supra dedimus emaculatus.
- (e) *BOTHO* in Chronico picturato p. 299. T. III. Leibnit.
- (f) Dux militaris Danorum dicitur *BARVTH* in *LEGENDA* de sanctis Martyribus interfectis in Hamburgh et in Ebbekestorp reconditis c. 2. et 4. T. I. Leibnit. sed in fragmento Martyrum in Ebbekestorp quiescentium p. 192. dicitur *HARVCHT* et vxor *HERINA*. Harucht hic est Horicus, Ericus. *ERICVS REX* in Historica narratione de origine gentis Danorum et Regibus eiusdem p. 266. n. 81. *Erick Barn. Iste, vt regnum Danorum suscepit, multo plura mala fecit, quam patres eius in omnibus regnis. Vastauit enim Saxoniam, BRVN Ducem occidit, et XII. Comites. De gemina illa Legenda legantur GODEFREDVS HENSCHENIUS* T. I. Actorum SS. mensis Februarii ad d. 2. p. 309. et *GOTHO FREDI GVILIELMI LEIBNITHI* Introd. T. I. ad Art. 10. et 11.
- (g) *WITICHINDVS* Annal. L. I. p. 634. T. I. Meibom. *Ex quibus Bruno, quum Ducatum administraret totius Saxoniae, duxit exercitum contra Danos et inundatione repentina circumfusus, non habens locum pugnandi, periit cum omni exercitu, fratri natu quidem minori, sed omni virtute multo potiori relinquens Ducatum. Eadem verba repetuntur in CHRONICO HALBERSTADENSI* p. 113. T. II. et in *ADDITIONIBVS* ad Vitam B. Mathildis Reginae Germaniae p. 654. T. III. Leibnit. *HELMOLDVS* in Chronica Slavorum L. I. c. 7. §. 4. p. 543. T. II. *Tunc etiam Saxoniam vastata est a Northmannis sine Danis. Bruno Dux occisus cum XII. Comitibus: Theodoricus et Marquardus Episcopi obruncati. DITHMARVS* L. II. p. 335. *Operae pretium est, quamuis iure praeposterus mihi imputetur ordo, hoc annectere, qualiter Imperator fratri suimet, Domino Brunoni, nominato a suimet patruo Duce Brunone, qui a Ludouico rege in expeditionem ad Danos missus, cum Episcopis duobus Thiedrico et Marquardo ceterisque*

dit a. 880. ad Hamburgum, (h) seu ad Ebbeckstorp, vbi nunc monasterium est virginum nobilium. Eodem praelio simul interierunt Marquardus, Episcopus Hildesienfis (i) et nonnulli Comites. (k) Recentiores malunt annum 872. (l) praeliique locum ad Hamburgum (m) numerumque occisorum mirum in modum augent. (n) Sepultus videtur Bruno in Ebbsforio. (o) Qui cum a Hungaris interfectum esse tradunt, (p) confundunt infestationem recentiore[m] Hunnorum (q) cum hostili Danorum inuasione.

§. XL.

risque militibus IV. Non. Febr. fluminis inundatione interit, mortuo Agrippinae sedis prouisoro Wisfrido, Episcopatum eiusdem ducatumque insuper regni daret Lotharis. ALBERTVS STADENSIS ad a. 876. p. 204. ADAMVS BREMENSIS L. I. Hist. Eccles. c. XXXIV. p. 10. ROSWITA de Fundat. Gandersh. v. 363. sqq. GOBELINVS PERSONA in Cosmodromio Act. VI. c. 43. p. 244.

- (b) ANNALES FVLDENSIS ad a. 880. p. 43. T. I. Freher. In Saxonia cum Normannis infeliciter dimicatum est. Nam Normanni superiores existentes duos Episcopos, quorum ista sunt nomina, Thietrich et Marcward, et duodecim Comites his nominibus appellatos, Brun Ducem et fratrem reginae, Wigmannum, Bardonem, alterum Bardonem et tertium Bardonem, Thiotherium, Gericum, Luitolfum, Folcwartum, Anan, Thiothricum, Lutharium cum omnibus, qui eos sequebantur, occiderunt. Praeterea XVIII. satellites regios cum suis hominibus prostrauerunt - exceptis innumerabilibus, quos in captiuitatem duxerunt. NECROLOGIVM CHRONOLOGICVM FVLDENSE T. III. Leibnit. ad a. 880. p. 762. Brun comes et frater Reginae. Karalman Rex. ROSWITA de Fundat. Gandersh. p. 326. T. II.

Cuius primatus (Gerbergae) Sexto, ni fallor, in ANNO  
BRVN DVX Ecclesiam promptus defendere sanctam  
Incusu de saeuorum satis Vngariorum  
Prob dolor ex ipsis Domini prauis inimicis  
Occiditur binis cum praesidibus venerandis,  
Omnibus atque viris propriae pariter legionis.

Sub finem a. 874. obiit Hathumoda eique soror Gerberga successit, cuius annus sextus est a. 880. Conf. CHRONICON Episcoporum Hildesienfis et Abbatis S. Mich. p. 785. 786. T. II. Leibnit, vbi inter alia sic legitur: Marquardus quintus Episcopus, occisus a Slaus et in Ebbeckstorp sepultus. - Trucidatur Hamburgi a Slaus, Normannis ac Danis, in tota Saxonia tum crudeliter grassantibus. - Wichbertus - eligitur post martyrio coronatum Marquardum anno Domini 880. CHRONICON HILDESHEMENSE p. 743. T. I. Leibnit. Marquardus dehinc quintus Episcopus successit, qui etiam in Gandesheim trabes Ecclesiae posuit, qui quarto ordinationis suae anno occisus est a Slaus. - Anno deinde incarn. Domini 880. Wichbertus Episcopus electus est.

- (i) ANNALES HILDESHEMENSES p. 716. ad a. 875. Alfridus Episcopus obiit, post Alfridum Ludolfus Monachus Chorepiscopus eligitur, sed subitanea morte auferitur, posthunc Marcwardus successit, qui a Slaus interfectus IV. anno decessit. CHRONICON MINDENSE p. 557. T. I. Meibom. Theodoricus tertius Episcopus. - Hic cum Dodone Episcopo Paderberuense, Drozone Osnabrugense, Aufredo Traiectense, Ramberto Hamburgense et S. Erlulfo Verdense Episcopis, cum tribus Ducibus et XIII. Comitibus multisque aliis fidelibus iuxta Ebbeckstorp, quod modo est claustrum, situm in Ducatu Lunaburgensi, in acie pro fidei et patriae defensione stans imperterritus, et Deo permittente in bello, ipso die purificationis virginis gloriosae, occumbens, caelos petiuit sanguine laureatus. Plura hic admilcet falsa scriptor recentioris aeni.
- (k) ANNALES FVLDENSIS ad a. 880. CHRONICON RHYTHMICVM PRINCIPVM BRVNSVICENSIVM c. 8. p. 13. 14. T. III. Leibnit.
- (l) BOTHO in Chronico Brunsvic. picturato ad a. 875. p. 300. T. III. Marquard de vestte Bischoff to Hildessem wart in duffem Jare geboren, vnde reijgerde viff Jare vnde toch to Hamborch, dar wart he dot geslagen, do Hamborch vorstoret wart, vnde is dar begrauen. Annus ita prodit 881. LEIBNITIVS in Introduct. ad Tom. I. Script. Brunsvic. Art. X. de Legenda sanctorum Martyrum interfectorum in Hamburgi inter alia: Illud summam verum est, Anno Domini 872. Brunonem Ducem Saxoniae Ludolfi filium, a Normannis adhuc paganus circumfusum, cum multis Comitibus et aliquot Episcopis perisse.
- (m) BOTHO l. c. p. 300. CHRONICON EPISCOPORVM HILDESIENSIVM p. 786.
- (n) Fragmentum ex Martyrum in Ebbeckstorp quiescentium Passione p. 192. T. I. Leibnit. Christiani cadauera congerunt et in Ebbeckstorp sepelienda conuehant. Mirus numerus occisorum adicitur in eis, quae paulo antecedunt. Conf. CHRONICON MINDENSE p. 557. KRANZIUS Meurp. L. II. c. 3.
- (o) Res ipsa potissimum nititur Legenda martyrum p. 184. sqq. T. I. Leibnit.
- (p) ROSWITA p. 326. T. II. Leibnit.
- (q) Anno 926. et 924. Hunni infestauerunt Germaniam, CHRONICON QVEDLINBURGENSE p. 278. T. II. Leibnit. ANNALES CORBEIENSIS p. 299. 300. HAHNIUS in der Reichs-Historie P. I. c. XI. §. 3. p. 296. P. II. c. I. §. 2. p. 4. sq.

## §. XL.

*Ottonis filii alterius vita, fata, et obitus adduntur.*

Otto minor fratrum Brunoni occiso in Ducatu succedebat. Natalis eius est in incerto. Tenuit Hirzfeldiam, (a) ubi cum Abbate possessiones nonnullas permutavit. Opera ipsius templum cathedrale Gandersheimii fuit exstructum et inauguratum. (b) Condidit coenobium S. Michaëli sacrum in loco, qui posthaec dictus est Luneburg. (c) Dignitatem eius Ducalem mirifice extollunt scriptores. (d) Expeditionibus bellicis duabus sese immortalitati commendavit, Hungarica una, (e) Italica altera. (f) Honestate morum erat spectabilis, in discernendis rebus prouidus, et celebris bellorum triumphis. (g) Vxore ex sua Hathuige, (h) non Lucarda, (i) suscepit Thancmarum, Luitolfum et Henricum. (k) Duo priores ante patrem obierunt. Henricum, quem posteritas citra fidem veterum Aucupem dixit, anno 876. natum, (l) pater misit cum exercitu

(a) *VFFINGVS* in Actis S. Idae L. II, c. I, p. 178. T. I. Leibnit. Sub rege Arnolpho locus ille (Hirzfeld) iuri fuit addictus excellentissimi Ducis Ottonis, qui huius serenissimi Augusti Ottonis existit proavus, a quo idem venerabilis Abbas ipsam regiam curiam, aliis repensis possessionibus, iuxta legalem cambiebat ritum.

(b) *ROSWITHA* de Fundar. Gandersh. p. 326. T. II.

Quo (Brunone) mox occiso iunior frater suus ODDO  
Dux factus populi, dono Regis Hludovici,  
Respondit factis sanctae voto genitricis,  
Ac studio simili concordans nititur illi  
Cultibus Ecclesiam dignis ornare novellam,  
Quae posthaec Anno fuerat sacrandae secundo,  
Moenia Coenobii perfecit et omnia nostri,  
Commoda mansuris illic per saecula puellis.

*BODO* in Syntagm. p. 487. T. II. Meibom. Posteaquam illustris princeps Bruno absque herede terris nostris excessit, coelicumque palatium petiuit, frater illius Otto principatu terrae donatur a rege Luduico. Hic patris carissimi votum, quod ad coenobium fundatum habuerat, prosequatur, et dilectissimae genitricis dominae ODAE voluntati plene obsecundabat, atque novellam ecclesiam dignis exornans cultibus coenobii moenia et commoda puellis Deo scruiaturis perfecit. *EVERHARDVS* de Ecclesia Gandeshemenc. XVIII. p. 158. T. III. Leibnit. *CHRONICON RHYTHMICVM* Principum Brunuicencium c. VIII. p. 14.

(c) *AVCTOR* de fundatione quorundam Saxoniae Ecclesiarum p. 261. T. I. Leibnit. Anno Domini 906. Monasterium in monte Luneborch fundatum est \* ab Ottone Duce Saxonum, hortante eum ad hoc *Wickberto* Episcopo Verdensi. Locus hic est notabilis, uti iudicat *LEIBNITIVS* in Introd. ad Tom. I. Art. XX. Fundationem in annum 906. itidem confert *CHRONICON RITTAGESHVS*. p. 73.

\* Hinc patet fundamentum, quare illud coenobium sit feudum Abbatissae Gandersheimensis, uti ex libris feudilibus Abbatissae compertum habeo.

(d) *VITA B. MATHILDIS* reginae Germaniae c. I. p. 193. T. I. Leibnit. Temporibus Conradi regis Francorum gloriosi existit in partibus Germaniae Dux quidam OTTO nomine, honestate morum perspicuus et in discernendis rebus prouidus, clarus nobilitate generis et famosis bellorum triumphis. Cui Hathuwig matrona venerabilis conjugali copulabatur vinculo: quibus duo gignebantur filii, herili forma decorati: et ipsos summa nutriebant diligentia, uti exigebat nobilitatis honorificentia. Maior natus vocabatur Thancmarus et alter Henricus. Is quamvis esset iunior, probitate morum tamen elucebat altior et ab annis puerilibus intendebat bonis operibus. - Patrem patriae et magnum Ducem cum vocat *WITICHINDVS* in Annal. L. I. p. 635. Ducem magnum et venerandum *ROSWITHA* T. I. Meibom. 711. in Historia de Gestis Oddonum.

(e) *GOBELINVS PERSONA* Cosmodromii Act. VI. c. 46. p. 246. Anno primo Lodewici Vngari audientes mortem Arnulphi Baioariam inuadunt: sed a Christianis victi sunt. Anno secundo iterum commisso praelio cum Vngaris rex Vngarorum occisus est. Et Otto Dux Saxoniae et Burchardus Dux Thuringiae contra Vngaros collocati, obsidibus receptis ab Vngaris, redierunt. *HERMANNVS CONTRACTVS* ad a. 900. p. 379.

(f) *CHRONOLOGIA PANEGYRICI* in *BERENGARIVM AVG.* T. I. p. 256. A. 894. Arnulfus, quem Berengarius se Italiam ei subicere, id est, regnum ipsius beneficio tenere promississet, Alpibus superatis Bergomum expugnavit, Ottonem Saxonum ducem, Henrici Aucupis patrem, Mediolanum tueri iussit, ipse Ticinum iuit.

(g) *Vita B. Mathildis* c. I. p. 193. *CHRONICON RHYTHMICVM* l. c. p. 14.

(h) *DITMARVS* L. I. p. 324. T. I. Leibnit. p. I. Mader. Hic (Henricus Aucups) nobilissimo Ottonis et Hathus stemmate editus, ut arbor occulta, excrevit a puero. *VITA B. MATHILDIS* l. c.

(i) Sic habet *SCHATENIVS* Annal. Paderborn. ad a. 989. p. 218. *CONRADVS BOTHO* in Chronico Brunuic. picturato p. 302. T. III. Leibnit.

(k) *WITICHINDVS* Annal. L. I. p. 635. T. I. Meibom. Patre patriae et magno Duce Ottone defuncto, illustris et magnifico filio Henrico totius Saxoniae ipse reliquit Ducatum. Quum autem ei essent et alii filii, Thancmarus et Luitolfus, ante patrem suum obierunt.

(l) *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 936. p. 154. *DITMARVS* L. I. p. 328. *HAHNIVS* in der Reichs-Historie P. II. c. 2. §. I. p. 18.



ercitu aduersus Dalemencios, quos secundo Marte deuicit (m) Ottonis auctoritas erat tanta inter Germanos, vt loco Conradi Primi electus fuisset Rex Germaniae, nisi Conradum ipse commendasset. (n) Obiit diem supremum anno 912. (o) die secundo Kal. Dec. (p) relinquens paternae virtutis imitatorem Henricum, qui postea Conrado defuncto in regno Germaniae capessendo furrogatus est, et filiam, quae Wichmanno comiti nupsit, qui Hermanni Billungi erat frater.

- (m) *WITICHINDVS* Annal. L. I. p. 635. *DITMARVS* Annal. L. I. p. 324. *Is* (Henricus) a patre suo in prouinciam, quam nos Teuthonice Dalemenci vocamus, - cum magno exercitu missus deuastata eadem multum atque incensa, victor rediit.
- (n) *DITMARVS* Annal. L. I. p. 3. Mader. p. 325. T. I. Leibnit. *Conradum ob meritum sui Otto praedictus ab omnibus regni principibus in regem electus sibi quasi ad hoc indigno praeposuit seque cum filius fidei suae atque potestati subdiderat.* *CHRONICA BRVNSVIC.* ANON. p. 3. *Oddo Dux Saxoniae existit, qui regnum Romanorum, quia grandaeuus fuerat, recusauit.* *ENGELHVSIVS* in *Chronico vniuersali* p. 170. 173. *GOBELINVS PERSONA* in *Cosmodromio* Act. VI. c. 46. p. 246. T. I. Meibom. *BODO* p. 489.
- (o) *Otto Comes* ad a. 812. obiisse dicitur in *NECROLOGIO FVLDENSI* T. III. Leibnit. p. 763. secundum quod *Hadawich Comitissa* obiit a. 903. Ottonis mortem in a. 913. confert *CHRONICON QVEDLINBURGENSE* T. II. Leibnit. p. 278. In annum 814. referunt eandem *ANNALES HILDESH.* T. I. Leibnit. p. 717.
- (p) *DITMARVS* Annal. L. I. p. 325. T. I. Leibnit. Sepultus est Gandersheimi in crypta sub choro. *BODO* in *Synt.* p. 489.

## §. XLI.

*Luitgarda, filia Ludolfi, coniux Ludouici Regis Franciae orientalis.*

Fratribus subiiciemus sorores. Dignitate coniugii regalis eminent *LUITGARDA*. Ipsa enim fuit vxor non Ludouici Infantis, (a) quippe qui moriente Luitgarda nondum in lucem fuit editus, (b) sed Ludouici Saxonis, ex Ludouico Germanico, filio *LVDOVICI* III, geniti. (c) Natalem eius in annalibus adnotatum non est reperire. Quanta Ludolfi et filiorum inter Saxones fuerit auctoritas, ex eo satis superque elucet, quod Ludouicus Germanicus filium Ludouicum, qui a. 865. insciente ac inuito patre Comitis Adalardi filiam in vxorem ducere constituerat, suasionibus ponderosissimis eo adduxit, vt illam repudiaret, et Luitgardam Brunonis sororem in tori sociam adscisceret. (d) Luitgarda matrem fecunditate non aequabat, ambitione superabat. Vnicum enim

- (a) Vide supra §. VIII. *CHRONICON HALBERSTADENSE* p. 113. T. II. Leibnit. *Defuncto Arnolpho Ludouicus filius eius, qui cognominatus est infans, post ipsum regnauit.* - *Hic etiam Ludouicus accepit uxorem nomine Machtsildam, sororem Brunonis ac Ottonis, qui descenderant a stirpe VVidekindi Ducis Saxoniae.* *COMPILATIO CHRONOLOGICA* p. 63. T. II. Leibnit. *Ipsius Ludolfi filiam Mefchilde Loderuicus Imperator, filius Arnolphi, duxit uxorem.*
- (b) Luitgarda a. 885. obiit, vt habet *NECROLOGIUM FVLDENSE* p. 762. Ludouicus autem Infans anno demum 893. natus est. *HERMANNVS CONTRACTVS* ad a. 893. p. 378. *ANNALES Fuldenfes* ad a. 893. p. 51. *Arrepto Rex* (Arnolphus) itinere iterum regnum Zwentibaldi ducis ingreditur cum exercitu maxima parte illius regionis exspoliata propter insidias positas, magna cum difficultate itineris in Baioaria ad regiam curtem Otingam reuersus est, de qua ei non multum post filius nascebatur, quem *Hado Mogontiacensis Archiepiscopus* et *Adalpero Augustae Vindel.* Episcopus sacro fonte baptismatis chrismantes, nomine aus sui *Hludouicum* appellauerunt.
- (c) *AGIVS* in *Dialogo* de *Obitu Hathumodae Abbatis* ita consolatur filias Ludolfi p. 21.

*Nec deerit Regina soror vobis, ubicunque  
Forfan Regali est opus auxilio.*

*ANNALES FVLDENSES* ad a. 880. p. 43. *Nordmanni superiores existentes - BRVN Ducem et fratrem Reginae - occiderunt.* *ROSWITA* de *Fundat.* Gandersh. p. 325. T. II. Leibnit.

*Ergo sui natam LVTGARDAE nomine dictam  
Nutu clementis Regis praestante perennis.  
Elegit clarus Francorum Rex LVDVVICVS  
Regni consortem sibi met sociamque perennem.  
Filius illius, cuius dono LVIDVLFVS  
Suscepit primum propriae gentis dominatum.*

*GOBELINVS PERSONA* Act. VI. 42. p. 243. T. I. Meib. Anno XIX. imperii *Lodouici regis Teutoniae contra Orientales Sclauos* obtenta victoria, quum ad partes Saxoniae reuertetur, *Luitgardam* filiam *Luitdolphi Ducis Saxoniae* desponsauit, et in *Francia Orientali* in *Castro Aschafenburg* nuptias celebravit. *CHRONICON LAVRISHAMENSE* in *Vita Abbatis Waltherii* p. 67. *Post Babonem Waltharius Abbas* subrogatus duobus annis eidem loco praefuit. *Sub quo idem Rex Ludouicus praedium suum nominatum Aberimesburg, in pago Lobodengoze, quem antea coniugi suae Luitgardae praestitum habebat, cum aedificiis et pertinentiis omnibus sancto Nazario contulit.*

- (d) *ANNALISTA BERTINIANVS* ad a. 865.

enim duntaxat principem iuventutis peperit Ludouicum, qui in praematura aetate a. 881. circiter Ratisbonae fenestra excidit et ceruicibus contractis extinctus est. (c) Quum Galli a. 879. ex parte Ludouici Balbi filii auspici regni inulderent, Ludouicum Saxonem inuitarunt ad diadema Franciae suscipiendum, omne auxilium et operam eximiam polliciti. Hisce inductus suasionibus Rex Franciae Orientalis Ludouicus cum exercitu Viridunum accessit, et, quum regnum obtinere non posset, a filiis Ludouici Balbi, Ludouico et Carolomanno, partem Lotharingiae Gallicam et Abbatiam S. Vedasti impetrauit ac regno Germanico inseruit. (f) Redeuntem male excepit Luitgarda, exiguis Saxoniae Orientalis finibus non contenta, Galliaeque regno imminens. (g) Ipsa marito fuit orbata a. 882. XX. Ian. qui Francofurti ad Moenum demortuus (h) et in coenobio S. Nazarii Laurisheimensi fuit sepultus. (i) Ipsa Luitgarda a. 885. (k) debitum naturae reddidit et procul dubio ad latus mariti in coenobio Laurisheimensi humata est.

(c) REGINO PRUMIENSIS L. II. Chronici ad a. 882. p. 59. Ludouicus ex Luitgarda filium unicum suscepit, quem nomine suo Ludouicum adpellauit. Sed post obitum fratris, ad obtinendum regnum eius, Bawariam ingressus, quum Ratisbonae moraretur, idem puerulus de fenestra cecidit et contractis ceruicibus exspirauit.

(f) ANNALES BERTINIANI ad a. 879. AIMOINVS L. V. c. XXXIX. p. 502.

(g) ANNALES BERTINIANI l. c.

(h) NECROLOGIUM FVLDFENSE T. III. Leibnit. p. 762. A. DCCCLXXXII. Hludouicus. ANNALES FVLDFENSES ad a. 882. p. 44. Hludouicus inualecente morbo XIII. Kal. Decemb. diem ultimum clausit, cuius corpus translatum et in monasterio Sancti Nazarii, quod dicitur Laureham, iuxta patris sui tumulum sepultus est. CHRONICON LAVRISHAMENSE p. 67. Ludouico rege Germaniae filio Ludouici defuncto et iuxta patrem apud Laureham in ecclesia, quae dicitur Varia, quam ipse huius rei gratia construxerat, sepulto Karolus frater eius a Ioanne Papa Imperator ordinatus - ANNALES BERTINIANI et METENSES ad dictum annum.

(i) SUPPLEMENTVM ANNALIUM FVLDFENSIVM apud Lambecium L. II. Commentar. de Bibliotheca Vindobonensi c. V. p. 551. HLYDOWICVS inualecente morbo XIII. Kal. Febr. diem ultimum clausit, cuius corpus translatum et in monasterio S. Nazarii, quod dicitur Laureham, iuxta patris sui tumulum sepultus est. Eundem mortis diem habet HERMANNVS CONTRACTVS p. 308.

(k) NECROLOGIUM FVLDFENSE p. 762. T. III. Leibnit, DCCCLXXXV. Luitgar regina.

## §. XLII.

### Gerbirgis filia, Abbatissa secunda.

Si Luitgardam Ludolfus sub vitae exordium conditioni virginum sacrarum non sacrauit, quatuordecim omnino liberis ODA fuit fecunda. Memorabiliores eorum sunt recensiti. Restant tamen Abbatissae duae, GERBERGIS seu GERBURGA et CHRISTINA. Gerbirga, Gerburg, Garburga, Gerburgis successit Hathumodae defunctae a. 875. (a) vsque ad a. 897. per annos viginti et duos. (b) Praefuit primo virginibus sacris in coenobio Brunteshusen, (c) inaugurandum deinceps a. 881. in festo omnium

(a) Hathumoda obiit a. 874. XXIX. Nov. §. XXIX. (oo.) BODO in Syntagm. p. 484. T. II. Meibom. Illustrissima Domina bonorumque memoria digna filia Odae et serenissimi principis Lutholphi Hathumoda, postquam XXII. annis virginibus Christi pia mater praefuisset, diem suum obiit extremum, suae sororis Garburgi sedem regiminis dimittens. AGIVS in Dialogo de Obitu Hathumodae Abbatissae p. 25. 26.

(b) ROSWITA de Fundat. Gandersh. p. 325. T. II. Leibnit.

Interea Christi virgo felix HATHUMODA  
Quum gregis vndenos curam bis gesserat annos,  
Ocius in Christo moriens transiit ad astra,  
Gerbergae tenerum commisit ouile regendum.

Et p. 328.

Postquam bis denos, binos quoque praefuit annos  
Officio, vice Rectricis perfuncta prioris  
Deposito fragilis mortali pondere carnis  
Factori flatum reddebat ab aethre receptum.

Conf. BODO in Syntagm. p. 488. T. II. Meibom. p. 707. T. III. Leibnit. CHRONICON HILDEHEMENSE T. I. Leibnit. p. 772. de Alfredo: Hic anno DCCCLII. cum Ludolfo primo Duce in Brunteshusen, et quarto post haec anno in Gandersheim virginum Coenobium inchoauit. Qui - Hathumodam - primum Abbatissam ordinauit, qua XVIII. post anno Hathumoda defuncta Gerbergam sororem eius secundam Abbatissam consecrauit - Wipbertus - Gerberga Abbatissa defuncta, sororem eius Christinam ibidem instituit Abbatissam. TANGMARS in Vita Berwardi L. I. c. XIII. p. 446. Praeeras autem Domna Gerburgis congregationi viginti duos annos.

(c) TANGMARS l. c. BODO l. c.

omnium sanctorum templum cathedrale Gandersheimense curauit per Episcopum Hildesensem Wichbertum. (d) Candidatum nuptiarum, licet videantur parentes matrimonio illi consensisse, feueritate propositi sui coenobialis duxit inferiorem. (e) Litteris, praecipue sacris, egregie fuit imbuta, sicquidem, vt Roswidam (f) institueret, cuius carmina ex parte in hunc diem exstant. Tandem a. 897. vitam cum morte commutauit, sepulta in templo cathedrali Gandersheimensi. (g)

- (d) *CHRONICON HILDESHEMENSE* p. 143. T. I. Leibnit. Anno deinde Domini DCCCLXXX. Wichbertus Episcopus electus est. - Hic etiam anno D CCC LXXXIII. incarn. Domini et suae ordinationis IV. consummatam Ecclesiam in Gandersheim dedicauit. *CATALOGVS Episcoporum Hildesheimensium* p. 153. T. II. Leibnit. Wichbertus - consecrauit Gandersheim a. 888. At *ROSVVITA* rectius p. 326. T. II. Leibnit.

Scilicet aurorae primo candore micante  
 Omnis nostrarum collectim turba sororum  
 Susceptis patronorum gratulando piorum  
 Corporibus sacris, pergit resonantibus hymnis  
 Ad loca Coenobii, summo conamine structi.  
 Tunc tandem, cunctis ad cultum rite paratis  
 Festi, Wichbertus praesul Domini benedictus  
 Dedicat hoc templum Domini sub honore decorum  
 Omnibus ad laudem sanctis per saecula perennem,  
 Quorum tunc festum digne fuerat celebrandum.  
 Hoc nam facta fuit clari sacratio templi  
 Centum mansuris octo vicibus reuolutis  
 Octonis demis uno pariter super aucto,  
 Postquam virgo puellaris sine sorde pudoris  
 Saeculorum regem peperit propriumque parentem.  
 Tunc coepere locis primum siluestribus illis  
 Carmina diuinae laudis clare resonare.

*BODO* in Syntagm. p. 487. T. II. Meibom. Falsum igitur est, Gerbirgem a. 880. obiisse, vt *AVPIVS* et *Catalogus* docent Abbatissarum. Annus 883. et 884. itidem falsus est, in quem Gerbirgae mortem referunt *GABRIEL BYCELINVS* in Menologio Benedictino p. 517. *LAQUELINE BONETTE de ELEMIR* in Annalibus Benedictinis p. 297. *HVGÖ MENARDVS* L. II. Observationum p. 643. et *TRITHEMIVS* in Chronico Hirsaugiensi p. 854.

- (e) *ROSVVITA* de Fundat. Gandersh. p. 325. 326. T. II. Leibnit. *BODO* in Syntagm. p. 484. T. II. Meibom.  
 (f) *ROSVVITA* in Praefat. ad Historiam Beatae Mariae Virginis.  
 (g) *TANGMARVS* in Vita Berwardi L. I. c. XIII. p. 446. *Posita est in noua Ecclesia iuxta Domnam Hathumodam sororem eius.*

## §. XLIII.

Christina, Ludolfi filia, Abbatissa tertia.

Successit ultimo loco e filiabus Ludolfi CHRISTINA, Abbatissam agens inde ab anno 897. (a) matri ODAE, quae a. 913. obiit sola superstes, (b) defuncta demum a. 919. (c) Ottonem fratrem matremque ODAM mirifice dilexit integramque ordinis sui seruauit disciplinam. (d) Dicitur a Wigberto Episcopo Hildesensi inaugurata. (e) Auctores ceteri recentiores admodum heic a me ratione computationis chronologicae dissentiunt, siquidem e lacunis et riulis biberunt, fontibus infalutatis.

## §. XLIV.

- (a) *ROSVVITA* de Fundat. Gandersh. p. 328. T. II. Leibn. *Abbatissa - Gerbirgis -*

Factori flatum reddebat ab aethre receptum  
 Orbatumque sui dimisit ouile sorori  
 Christinae procurandum sancteque tuendum.

- (b) *BODO* in Syntagm. p. 488. T. II. Meibom.  
 (c) *TANGMARVS PRESBYTER* in Vita Berwardi L. I. c. 13. p. 446. sq. *Domna quoque ODA centesimo septimo aetatis anno, omnibus filiis praemisissis, decessit. Christina tantum superstitis, posteaque est iuxta filias suas. Sed et ipsa Christina sex tantum annos matri superuuenti, felici decessu migravit ad Dominum. ODAM obiisse a. 913. constat ex CHRONICO QVEDLINBURGENSI p. 278. T. II. Leibnit.*  
 (d) *ROSVVITA* l. c. p. 328. 329.  
 (e) *TANGMARVS PRESBYTER* l. c. p. 446. *BODO* l. c. *CHRONICON Episcoporum Hildesheim.* p. 786. T. II. Leibnit, licet falsum sit, quod additur, Wigbertum Episcopum obiisse a. 884. Quomodo enim sic Christinam consecrare potuisset? *CHRONICON HILDESHEMENSE* p. 773. T. I. Leibnit. de Wigberto

ematura aetate a  
 exlinctus est. (c)  
 erent, Ludouicum  
 illum et operam  
 illis Ludouicus cum  
 a filiis Ludouici  
 Abbatiam S. Ve.  
 excepit Luitgar.  
 regno imminens,  
 enum demortuus  
 Luitgarda a. 885.  
 enobio Laurishei-

a filium suum susce-  
 ptum regnum eius,  
 cecidit et contractis cen-

Hildesheim. ANNAL  
 Decemb. diem ultimum  
 e Lawentiam, iuxta po-  
 roris rege Germani  
 citur Vana, quam ipse  
 ratur ordinatus. - Ab-

amentar. de Bibliotheca  
 diem ultimum clausit,  
 n. iuxta patris sui tu-  
 WS p. 308.  
 regina.

um sacrarum nou  
 morabiliore eorum  
 seu GERBVRGA et  
 sit Hathumodae deus.  
 Praefuit primo virgi-  
 ceptus a. 881. in festo  
 omnium

484. T. II. Meibom.  
 scripsit Ludolfi Hathu-  
 modae obiisse extremam  
 u Hathumodae Abbatissae

CHRONICON HILDES-  
 dolfi primo Date in suo  
 schoauit. Qui - Eadem  
 defuncta Gerbertum sor-  
 ra defuncta, sororem su-  
 l. c. XIII. p. 446. Praefuit

## §. XLIV.

*Liberi Ludolfo minus iuste adtributi, Tanquardus, Ekbertus, Mathildis, Placentia.*

Ludolfo recentiores tribuunt liberos complures, scriptoribus saeculi noni ac decimi prorsus incognitos. *TANQVARDVM* recensent permulti. (a) Plerique ei societatem exstructi oppidi Brunsvici adscribunt, (b) ac nonnulli, eum cum Brunone ad Hamburgum interiisse, tradunt. (c) Ratione aetatis Brunoni ac Ottoni medius solet interponi. Cognatum fuisse Tanquardum Ludolfi, suspicor. Idem enim nomen in familia Ludolfi iterum iterumque recurrit. Nec video, qua ratione Bruno oppidum in loco alieni iuris ac extraneae possessionis exstruere potuisset, nisi Tanquardus, quem exstructionis socium plerique statuunt, eiusdem fuisset generis. Tanquardum inchoasse structuram, patet ex denominatione *Tancworde Vördre*, (d) id est, *vado Tancwardi* ad Ocaram. Si quis autem ex me quaerat, quo cognationis gradu Tanquardus Ludolfum contigerit, ei exemplo ero, plura posse quaestionibus subiici quam distinctis responsionibus dilui. Brunoni, conditori urbis Brunsvici, Ekbertum fratrem adiungit *GENEALOGIA DVCVM* de *ENGERN*, (e) vnde coniecturam duco, Egberti, patris Ludol-

berto: *Gerbirga Abbatisa defuncta, sororem eius Christinam ibidem instituit Abbatisam.* Patet hinc chronologiam Episcoporum Hildesensium esse emendandam. Nam clarum est testimonium *ROSVVITAE*, Christinam sex annorum intervallo superstitem fuisse matri Odae, Ipsa p. 330.

*Nec Christina, suis quae sola remansit alumnis  
Iam tunc instantis grandis dulcedo doloris,  
Plus quam bis ternos post matrem vixerat annos.*

Consentit *BODO* in Syntagm. p. 490. T. II. Meibom.

- (a) *ANONYMI* Chronica Serenissimorum Ducum Brunsvicensium apud Mader, p. 2. *Ludolfus Dux Saxoniae, post mortem Karoli annis XI. fundavit Ecclesiam Gandershem - Iste genuit tres filios, Odonem, Brunonem et Tanquardum.* Eadem leguntur T. II. Leibnit. p. 14. *THEODORICVS ENGELHVSIVS* de Imperatoribus ex celsissima Ducum Brunsvicensium Domo oriundis p. 24. 25. apud Maderum: *Idem Ludolfus genuit tres filios, quorum vnus nomine Bruno pugnaturus contra Danos, inundatione repentina perit sine prole; a quo Brunsvick civitas nomen habet, quae tamen ab alio fratre Tancwordo scribitur in multis antiquis litteris Tancworde woerde.* *BOTHO* in Chronico Brunsvicensi p. 298. T. III. Leibnit. *Hertoge Ludeleff to Sassen de nam to cyner frurwen Konig Willikes (Billungi) dochter ut Oster Franckwike, de het Oda, de selde om seven Kinder, dre Sone unde veer Dochter. De erste Sone de heit Bruno, de ander Danckwort, de dride Oddo. De erste Dochter heit Hatmod, de andere Garborh, de dride Christina, de verde Lutgard. De erste dre Dochter de worden Closter-Jungfrurwen to Gandershem, dat or wader sunderet hadde. Und Lutgard de iungste Dochter de nam Koningh Lodewich to Franckrike (Franciae Orientalis.) Idem ad a. 859. p. 299. Hertoghe Ludeleff de leyt na dre Sone: BRVNO, DANCKWART, de bleven Hagenstolte, sunder OTTO, de was de Jungest, de nam oyn Wiff - Et ad a. 861. p. 299. ALBERTVS CRANZIVS L. II. Saxon. c. 31.*

- (b) *BOTHO* ad a. 861. p. 299. *Brunsvick wart begunn to buwen, in duffem Jare, van dentweien Broderen, Hertoghen to Sassen, Bruno unde Danckwort - CHRONICON RHYTHMICVM* Principum Brunsvicensium c. VIII, p. 13. Brunonis meminit et Brunsvici ab eo conditi, at satis clare docet, Danckwerderodam ibi iam extitisse, subactam quippe vi bellica a Brunone. Locus memorabilis est:

*De scriffte an der ek horte  
Wo van Hertogen Brune warte  
Begunnen, dat nu heitet Brunsvick  
Unde Borch al glich,  
De ichtes wanne dar to lach  
De men Danckwerode iach, (hies)  
Dat dede he an dat fremede lant,  
Dat betwongen hadde sin hant.*

*CHRONICA SERENISS. DVCVM BRVNSVIC*, p. 2. apud Maderum: *Hi duo Bruno et Tanquardus civitatem Brunsvick - fundaverunt.* *CHRONICA ENGELHVSII* p. 170. ed. Mader. *Idem Ludolfus genuit tres filios, quorum vnus nomine Bruno pugnaturus contra Danos, inundatione repentina perit sine prole, a quo Brunsvick civitatis nomen habet, quae tamen ab alio fratre Tancwordo scribitur in multis antiquis litteris Tancworde woerde. Tertius autem filius erat Otto -*

- (c) *ANONYMI* Chronica Serenissim. Ducum Brunsvicens. p. 2. 3. ed. Mader. *De insulto Danorum fuit illis temporibus populo et Ecclesiae Dei plaga maxima, qui in Francia et partibus occiduis omnia crudeliter vastaverunt. Ipsi in Theutonia Bruno et Tanquardus in manu valida occurrunt, et cum eis confliantes et gloriosa de eis habita victoria, quum ad sua redirent, inundatione graui imbrum perierunt.*
- (d) *ENGELHVSIVS* de Imperatoribus ex Celsissima domo Brunsvicensi oriundis p. 24. 25. ed. Maderi. *Locus dedi paullo aete.*

Ludolfi, qui Ekebertus heic extra seriem suam dicitur, fratrem fuisse Tanquardum. Nolim tamen morose eam defendere, praesidiis monumentorum antiquorum hucusque destitutus. *MATHILDA* seu *MESCHILDE*, Ludolfo pro filia a nonnullis adtributa, eadem est ac Luitgardis seu Luitgarda, quae Ludouico Regi Franciae Orientalis nupsit. (f) *HENNINGESIVS* (g) adtingit Ludolfo filiam *Placentiam*, quae a Conrado primo Germaniae rege in matrimonium ducta fuerit, nulla prorsus auctoritate.

(c) Apud *WOLFGANGVM LAZIVM* L. IX. de Migratione gentium et *MADERVM* in praef. ad Chronicon Montis Sereni p. 25. *Ludolfus ex Oda Ostrofranca reliquerat Tanquardum, Ekebertum, Brunonem submersum in Oceano, conditorem Brunsvicensis ciuitatis, Luitgardim Ludouici Pii Imperatoris (Saxonis, Franciae orientalis regis) coniugem, Haymodem et Gerbirgem moniales et abbatissas in Gandersheim. ENGELHVSIVS* in Poëli Ducum Brunsvicensium apud Maderum in Chronica Engelhusii p. 170. 171.

*Tanquardus, Bruno, fratres animo simul vno  
Isti fundabant Brunsvick et situabant.  
Ludolf Ecbertum genuit virtute refertum.  
Ecclesiam sancto construxerat hic Cyriaco.  
Posthaec Asserborch, idem construxit Olesborch.*

(f) *ENGELHVSIVS* in Chronica p. 170. l. c. *Iste Ludolfus genuit dictam Mechildam, quam duxit uxorem ultimus Ludouicus praedictus.* Idem eadem repetit in Imperatoribus ex celsissima Ducum Brunsvicensium Domo oriundis p. 24. ed. Maderi. *COMPILATIO CHRONOLOGICA* Anonymi p. 123. ed. Maderi: *Istius Ludolfi filiam Meschilde Ludouicus Imperator, filius Arnolds, duxit uxorem.*

(g) Part. I. secundi et Tertii Regni in IV. Monarchia p. 30. et Part. II. p. 3.

## §. XLV.

*Virgines sacrae Gandersheimenses initiatae sunt ordini Benedictino.*

Tandem notatu dignum est, virgines Deo in Gandersheim sacratas ordinis Benedictini regulam tenuisse. *AGIVS* Monachus Corbeiensis, ipse Benedictinus, in Dialogo super Obitu Hathumodae Abbatissae p. 25. hoc ita significat:

*Quum cubitum me vicina iam luce locassem,  
Vidi me in vestro esse monasterio.  
Ipsam vero loqui mecum de more videbam  
Cum de nonnullis, quae inciderant, aliis,  
Tum de REGVLA item NOSTRA, totaque perinde  
Vel vita nostra Coenobiique statu.  
Quumque mihi librum, si quem fortassis haberet,  
Nostri propositi tunc peterem tribui,  
Se habuisse quidem, sed iam non prorsus habere,  
Te Gerberg istum dixit habere librum. - -*

p. 26. *Hoc etenim portendere REGVLA NOSTRA videtur,  
Quam modo tu (Gerberg) retines, ipsa (Hathumoda) prior tenuit.*

Solebant olim coenobia Benedictina splendidiora vti IV. Evangelii a Sintrammio Monacho S. Galli scriptis, quo auctore Plenarium Capituli nostri etiam gaudet. Conf. *EKKEHARDVS IVNIOR* de casibus monasterii S. Galli c. I. p. 19. T. I. rer. Alemannicarum Goldasti Francof. 1661.

## §. XLV.

*Pactum sponsaliorum Ottonis II. Imp. cum Theophania Graeci Imp. filia  
ex MSto.*

Subnectere hifce placet sponsaliorum pactum inter Ottonem II. et Theophani-  
am, Imperatoris Constantinopolitani Romani Iunioris filiam, Nicephori Phocae Imp.  
Const. priuignam, initum. Exaratum illud est in membrana tres quadrantes vlnae lata,  
duasque et dimidiam vlnam longa, litteris aureis. Membrana ipsa est e duabus palim-  
psesti oblongis partibus firmiter connexa, fusco colore inducta et figuris pulere ador-  
natis conspicua. Figurae illae constant ex orbibus binis, in quibus leones conspiciun-  
tur, excepto quod infra gryphes duo duos occupauerint circulos. In summo mem-  
branae fastigio eminent sex simulacra cubitalia, tria virorum et tria feminarum, qua-  
rum vna consistit in medio. Indicantur sponsus et sponsa cum testibus pronubis. In-  
ter illa simulacra adparent bini pauones binique canes, auribus curtis. Annuli sub-  
signa-

saeculi noni ac de-  
Plerique ei socie-  
cum Brunone ad-  
toni medius solet  
enim nomen in fa-  
bruno oppidum in  
Tanquardus, quem  
Tanquardum  
id est, vado Tan-  
gradu Tanquardus  
nici quam distinctis  
m fratrem adiungit  
aco, Egberti, patris  
Ludol-

Abbatissam. Patet hinc  
est testimonium RO-  
lphi p. 330.

2. Ludolfus Dux Saxo-  
e tres filios, Odonem,  
RICVS ENGELHVSIVS  
§. apud Maderum: Idem  
noti, inundatione repen-  
fratre Tanquardo scribi-  
mli p. 298. T. III. Leibniz.  
alioquin ut Offer Fran-  
De esse Sone de best Be-  
andae e Garbork, de dride  
engfrunven in Ganders-  
nigh Ludouic in Fran-  
y na dre Sone: BRUNO,  
de nam ego Wiff - Et ad

re, van den tweeën Bro-  
VICVM Principum Brun-  
aus clare docet, Danci-  
memorabilis est:


Bruno et Tanquardus  
lader. Idem Ludolfus  
atione repentina perit, son-  
quardo scribitur in mi-

de insulae Danorum sui  
tribus occidit omnia  
lida occurrant, et tam  
atione graui interiam pe-  
p. 24. 25. ed. Maderi. Lo-

signatio non exstat. Membranam adseruat tabularium ecclesiae Ganderheimensis. Sponsalia ipsa sic habent: *In nomine sce' et indiuidue trinitatis, Otto diuina fauente clementia Imperator Augustus, Creator et institutor omnium ab aeterno ds que'cunque sunt rerum, primordialibus immo nascentis mundi in perfecta elegantia ceditis (i. e. conditis) naturis, hominem simul qui cunctis a se creatis preesset et dominaretur, ad imaginem et similitudinem suam artificem summe bonus concedere voluit. Quem solum manere cum nollet, ut in multiplicem propaginem perpetuo duratura posteritas, ordini angelico ob superbiam imminuto reparando sufficeret, adiutorium conjugale eidem homini costa corpori eius detracta, fabricatus est, duosque in carne vna deinceps ee (esse) mirabili prouidentia ordinauit, lege scissima (sanctissima) patrem et matrem relinquendos, et adherendum uxori sue' decernens. Ad hoc ipse utriusque testamenti instaurator, mediator di' (Dei) et hominum dñs (dominus) IHC XPC (Iesus Christus) in humana carne adueniens ipse ex immaculato virginis utero tanquam sponsus egressus de thalamo ad coniungendam sibi sponsam aeclesiam ut ostenderet bonas et scas esse nuptias legitima institutione celebratas, seq: auctorem esse earum, ad eas venire, et primo maiestatis sue' miracula eas le'rificare dum aquam vertit in vinum, voluit et scificare (significare,) Cdicio (iudicio) denique proprio a deo factas esse nuptias ostendens, in euangelio dicit, quod deus coniunxit, homo non separet. Apostolica item sententia, honorabile conubium et thorus immaculatus, Pluribus quoque sanctorum librorum firmatur testimoniis ut nuptialis foederis conexio deo auctore fieri debeat, et ad procreandam subolem mutua et indissolubili dilectione persistat. Vnde et ego Otto superno numine imperator aug. dno gratissima sua mihi suffragante clementia, consultu magni et scissimi ac serenissimi genitoris nostri Ottonis piissimi imperatoris Augusti, dig: et sce' aecte' (sanctae ecclesiae) imperii quoque nostri fidelium Theophanu Iohannis constantinopolitani imperatoris neptin clarissimam in maxima romulea vrbe, sco summoque aeclesiarum principe beato petro aplo (Apostolo) votis nostris fauente, domnique Iohannis scissimi (sanctissimi) et vniuersalis Papae tertii decimi benedictione prosequente, in copulam legitimi matrimonii consortiumque imperii despondere, ac fausto et felici auspicio Xpo (Christo) propitiantem coniugem decreui assumere. Nouerit igitur omnium sanctae Dei ecclesiae nostrorumque fidelium praesentium ac futurorum industria, qualiter eidem dilectissime sponse nre dote legitima, more maiorum nostrorum quedam tam infra Italicos fines quam et in transalpinis regnis nris, habenda et iure perpetuo concedimus possidenda, Histriam italiae prouinciam, cum comitatu piscaria, Transalpes, prouincias uualacra vniue, cum abbacia niuelle, quatuordecim milibus eo pertinentibus mansis, Imperatorias quoque curtes nostras propria maiestate dignas, bochbarda, thiela, heri-surde, dullede, nordhuse, eo quod auiae nostrae domnae Machtildis semper semperque Augustae, quoad sibi diuinitus vixisse dabatur, fuisse dimoscitur. Ea per hanc nostri praecepti paginam, eidem scissimae et dilectissimae Theophanu sponsae nostrae concedimus, donamus, penitusque largimur, et de nostro iure et dominio, in eius dominium iusque transfundimus et delegamus, vna cum castellis, casis, seruis et ancillis, terris, campis, vineis, pratis, siluis, montuosa planitiemque tenentibus, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, omnibusque rebus ad eandem curtes siue prouincias, vel abbaciam in integrum pertinentibus, quatinus iure proprietatis ea omnia habeat, teneat, firmiterque possideat, sitque potestas donandi, vendendi, commutandi, vel quicquid ex inde iuste decreuerit faciendi omnium hominum contradictione remota,*

Quod si quis hoc nostrae dotis praeceptum infringere temptauerit, obnoxium se nre (nostrae) nouerit maiestati, compositurus insuper eidem sponse nre dilectissime Theophanu, nrisque heredibus auri optimi libras mille.

Quod ut verius credatur diligentiusque in tempora futura seruetur, manu propria roborari et anuli nostri impressione subter iussimus insigniri.

SIGNVM INVICTISSIMORVM DOMNI  MAGNI ET PACIFICI

ITEM SIGNVM DOMNI  PERENITER AVGVSTORVM.

Vuillusus cancellarius ad vicem Ruotperti archicapellani recognoui,

Data XVIII. Kal. Mai. Anno dominicae incarnationis DCCCCLXXII. Indictione XV. Imperii scissimi genitoris nostri Ottonis XI, nostri vero V, actum rome ad scos aplos feliciter.


Theo.

Theophania dicitur Joannis Zimiscae seu Nani neptis in hoc Diplomate et *DITMARO* L. II. Annal. p. 334. ac *ALBERICO* P. II. Chronici ad a. 972. p. 19. Vt haec intelligantur, notanda est Genealogia Imperatorum Graecorum, quam ex *JOANNE ZONARA* conflaui eiusque Annalium Tomo III.

<i>BASILIVS</i> Macedo					
<i>LEO PHILOSOPHVS</i>		<i>ALEXANDER</i>			
Vx. Zoë et tres aliae					
<i>CONSTANTINVS</i> Porphyrogenetus Vxor Helena			Sorum nupta <i>STEPHANO</i> , filio Lacapeni.		<i>Theodora</i> nupta <i>ROMANO</i> Lacapeno
<i>ROMANVS</i> junior Vx. Anastasia, post Theophano dicta p. 156. 158.		<i>Theodora</i> vx. Ioannis Zimiscae	Romanus castratus	<i>Helena</i> vx. Constantini * * *	
<i>THEOPHANIA</i> Vxor Ottonis II. a. 972.	<i>BASILIVS</i> , Theophano curatrix eius et mater.	<i>CONSTANTINVS</i> . Ipse succedit Ioanni Zimiscae. Vxor Helena.	Phocas Bardas	<i>CHRISTOPHORS</i> , Sophia vxor.	<i>Mischaël</i> clericus
<i>Endocia</i> monialis	<i>Zoë</i> vxor <i>ROMANI</i> <i>ARGYROPYLI</i> dein <i>MICHAELIS</i> <i>PAPHLAGONIS</i> .	<i>Theodora</i> monialis	Alter coniux Theophano <i>NICEPHORVS</i> <i>PHOCAS</i>	<i>Leo Phocas</i> <i>Nicephorus</i>	<i>Filia</i> nupta Petro Bulgarorum principi p. 152.
			Tertius coniux * * *		
<i>IOANNES ZIMISCES</i> qui relegata Theophanone duxit Theodoram, filiam Constantini Porphyrogeniti, p. 169.					

Theophania igitur fuit Romani iunioris ex filia cauponis nata, Ioannis Zimiscae cognata seu potius affinis, quia hic vxorem duxerat Theodoram sororem Romani. Quod neptis Ioannis Zimiscae vocata est Theophania, consuetudini eius temporis magis est tribuendum, quam veritati. De cetero constitutio dotis Ottonis II. pro coniuge Theophanu legitur etiam apud *LEUCKFELDIUM* p. 208. *Antiquitatum Poeldensium* in Addendis ad cap. VIII. §. 1. sed non accurate satis. *WITICHINDVS* L. III. Annal. p. 661. *Constitutus Rex* (nouis Imperator, Ioannes Zimiscae) continuo captivos absoluit; puellam cum magno exercitu et clavis muneribus ad imperatorem destinavit. *HANNIVS* miratur, P. II. der Reichs-Historie c. IV. §. 7. p. 119. Mathildin in hoc instrumento vocari *Augustam*, et semper semperque *Augustam*, cum Henrici Aucupis vxor, regis, non Imperatoris, fuerit. Videtur ei non satis de sinceritate instrumenti constare. Sed mos ita tum ferebat. *ROSWITA* eadem ratione vocat Henricum *Romanorum Augustum*. Germani enim existimarunt, sese non Italos, creare Augustum et Caesarem, quod ipsam euentu ipso comprobauerunt. Ceterum nescio, quare Graeci Theophaniam nostram accurate haud definirint, Imperatoris quippe filiam et Imperatori Occidentali in matrimonium concessam. At illi negligebant res occidentales, siquidem *ZONARAS* de Graecorum cum Ottone II. discordiis prorsus tacet. Nomen Theophanu seu Theophanone filiae adhaesit ex nomine matris, trium Imperatorum Constantinopolitanorum coniuge et filii Basilii moderatrice. Rectius dici potest priuigna Ioannis Zimiscae, quam filia. Sed quis vsui tyranno repugnare valet et scripturae illius aetatis, exemplis munitae, reclamare? Animus erat, adiungere ex *LEZNERI* Historia Brunsvicensi MSta c. XXIX-XXXIII. LXXXI. LXXXIV. ea, quae ad res Ludolfi et Gandersheimenses pertinent. Quum autem Celeberrimi *IOANNIS PETRI* de *LVDEWIG* iudicium inuenerim firmo stare talo de fide collectionum Leznerianarum, malui silentio Lezneriana illa inuolueri, quam veritatem historicam corrumpere aliisque ansam dare animum imbuendi fictis et deprauatis narrationibus, quae facile insident, difficulter autem euelluntur. Hac de causa in praesenti scripto pauca e Leznero adtigi, intentus potius scriptoribus luculentioris fidei. Quomodo autem per hanc Theophaniam, de qua in praesens differimus, genealogia Rufficorum Caesarum et Brunsvicensis domus, quae iam laetissime efflorescit, sit longe lateque deducenda, docuit Illustris *IOANNES GEORGIUS EC-CARTVS*. Addeamus tandem vnum et alterum de locis, quae Otto secundus destinauerat

CA  
 erheimensis, Spon  
 na fauente clementia  
 e sunt rerum. pri  
 is) naturis, bonum  
 admen suam artifen  
 duplicem propagem  
 i sufficeret. adiutorium  
 in carne vna deinceps  
 et matrem relinquere  
 inflator, mediator  
 humana carne adue  
 ad coniungendam sibi  
 e celebratas, seq. au  
 are dum equam vertit  
 a deo facta esse nupti  
 postolica item sententia  
 rorum firmatur testimo  
 nio subolem mutua et  
 us, duo gratissima su  
 nostri Ottonis piissim  
 nostri fidelium Theo  
 na romulea vrbe, no  
 te, domnique Iohan  
 quente, in copulam le  
 cio Xpo (Christo)  
 celestiae nostrorumque  
 se nre dote legitima,  
 vniis regnis nris, ha  
 non comitatu piscaria,  
 milibus eo pertinenti  
 ebbarda, thiela, her  
 semperque Augustae  
 ra accepta poginam, eidem  
 vnitatisque largimur, et d  
 us, qua cum castellis, ca  
 magne tenentibus, aquis,  
 em curtes sine provin  
 mnia habeat, teneat,  
 niqua ex inde insti  
 cium se nre (nostrae)  
 nu, nrisque heredito  
 nu propria roborare  
 ET PACIFICI  
 FORVM.  
 XXII. Indictione XV.  
 cos aplos feliciter.  
 Theo



uerat vxori suae, si forte orbaretur marito. Commemorantur enim in instrumento dotalitio *Istria, Piscaria, walacra, wigla, nivelle, bochbarda, thielae, herivurde, dullede, nordhuse*. *ISTRIA* ad ortum Venetiarum ab altero littore maris Adriatici posita est, eamque et Veneti et Archidux Austriae iam tenent. Erat quondam pars Illyrici, teste *MELAL.* II. c. 3. Accessit Italiae, Augusto imperante. *STRABO* L. VII. p. 217. Nomen igitur et potestas in eam Imperatoria sunt antiquissimi aevi. *PAVLVS WARNEFRIDVS* de Gestis Longobardorum L. II. §. 12. p. 226. *Venetiae Histria connectitur et utraeque pro vna prouincia habentur. Histria autem ab Histro flumine cognominatur, quae secundum Romanam historiam amplior quam nunc est fuisse perhibetur.* A Graecis Imperatoribus accepit Istriam Carolus Magnus eiusque successores. *POETA SAXO* ad a. 814. p. 162.

*Arua Liburnorum vel quae vocitantur ab Histro  
Nec non Dalmatiam subdidit et Daciam.*

Eodem iure sibi eam vindicauit Otto primus, a quo eam accepit filius Otto secundus, Theophaniae maritus. *COMITATVS PISCARIA* porro in Samnio, hodiernae Apuliae vel Pugliae parte, est quaerendus. *PAVLVS WARNEFRIDVS* de Gestis Longobardorum L. II. c. 20. p. 228. *Quarta decima Italiae prouincia est Samnium, intra Campaniam et mare adriaticum Apuliamque a PISCARIA incipiens habetur. HERIVVRDE* est Erfurtum in Thuringia. *Nordhuse* est notissima iuxta Hercinia extrema in confiniis Thuringiae. *ABBATIA NIVELLE* trans Rhenum saepe est obuia in scriptoribus a Leibnitio editis. Reliqua loca nolim coniecturis adsequi, antequam certis auctorum testimoniis adiutus fuero. De *THIELA* inuenio testimonium in *ANNALIBVS HILDESHEM.* p. 722. T. I. Leibnit. Anno 1005. Ind. 3. rex Henricus II. natalem Domini Thornburch (in Derenburg, comitatu Abbatissae Gandersheimensis et oppido) feriauit et in partibus Saxoniae usque ad tempus *Quadragesimae, Quadragesimam Thielae. Pascha vero Aquisgrani celebravit.*

§. XLVI.

*Cognatio et adfinitas Ludolfinae stirpis cum Carolingicis Imperatoribus, ac domus Augustissimae Brunsvicensis ex Ludolfo propagatio.*

Caesares dedit stirpis Ludolfinae potentissimos. Inter alias tanti fastigii obtenti causas refero coniunctiones et adfinitates gentis Ludolfinae cum posteritate Caroli Magni gloriosissima. Primo quidem memoratu digna est *Hegilwich* seu *Hedwigis*, quae fuit filia Brunonis, quem Ludolfus auum habuit. (a) Haec enim nupsit Welfo duci, ex quo matrimonio natus est Iuditha, altera Ludouici Pii coniux, (b) mater Caroli Calui, (c) Secundo sese offert *Hadwigis* seu *Hathui*, Ottonis, qui erat filius Ludolfi, vxor. Haec enim fuit filia Everhardi Marchionis Foroiulienensis et Gisela, Ludouici Pii

(a) Brunonem fuisse auum Ludolfi per Egbertum, demonstratum est §. 18. Hedwigem vero, Welfo nuptam, fuisse Brunonis filiam, ita evincitur. Fuit enim generis Saxonici, et per eam, quippe ex fratre Egberto nepos, Warinus Abbas Corbeiensis dicitur Ludouici Pii propinquus, Warinum fuisse Ludolfi fratrem, Egberti et Idae filium, non ignorare licet per ea, quae superius demonstrauimus §. 16. 17. Et, qui remotissima adfinitate domum Imperatoriam adtingebant, non dicebantur propinqui Caesarum. Nec Warinus ratione patris et aui vocari poterat Ludouici Pii propinquus. Nec per sorores eo dignus erat cognomine, quippe quarum nulla nupsit vel Ludouico illi vel Ludouici filii. Restat igitur aua. *HEDWIGIS* enim illa fuit nobilissimi generis Saxonici. *THEGANVS* c. 26. sequenti anno accepit Ludouicus Pius filiam *Welfi Ducis*, qui erat de nobilissima stirpe *Banarorum* et nomen virginis *Iudith*, quae erat ex parte matris nobilissimi generis Saxonici. Nemini profectum maior erat nobilitas in Saxonia quam Egberto, Duci quippe longe clarissimo, eiusque filii Cobboni et Ludolfo. At quondam fuit nomen matri Iudithae? Proditur illud ab *AVCTORE TRANSLATIONIS S. BATHILDIS REGINAE* c. 1. \* Anno, aiente, *vicefimo imperante cum magna felicitate Hludouico Serenissimo Augusto in regno Francorum, venit kala monasterium, ubi venerabilis Abbatissa Hegilwich, genitrix Iudith Imperatricis magno gregei Sanctimonialium praeerat.* Licet hinc addiscere originem illius amoris, qui Ludolfum et eius posteros corripuit, ut monasteria condere studerent. Warinus dicitur propinquus et Abbas nouae Corbeiae a Ludouico Pio in Diplomate a. 838. Ingelhemii dato apud *SHATENIVM* Annal. Paderborn. L. II. p. 117.

\* §. II. p. 747. T. II. Mens. Ianuar. Actor. SS. ad d. 26. et Saeculo IV. Benedictino Part. I. p. 450.


(b) *AVCTOR VITAE LYDOVICI* p. 373. *THEGANVS* §. XXIII.

(c) *NITHARDVS* L. I. de dissensionibus filiorum Ludouici p. 86. *THEGANVS* de gestis Ludouici p. 76.



Pii et Imperatoris filiae. (d) Idam fuisse Egberti vxorem et Ludolfi matrem, procreatum e gente Caroli Martelli, vnde Karolus Magnus ducebat genus, supra ostendi. Luitgardin Ludolfi filiam nupsisse Ludouico Germanico, extra dubitationis aleam est positum.


Hac ratione Brunsvicensis domus Augustissima ex Brunone, auo Ludolfi, est deducenda per Hedwigen filiam.



Sic domus augustissima orta est ex Brunone, auo Ludolfi, per Hedwigen et ex Ottone primo per filiam Richluidam eiusque filiam Itam de Oninge.

(d) Otto illustris duxit vxorem Hadwigem ex Everhardo Marchione Foroiuliensi et Gifela, filia Ludouici pii natam, a. 874. Conf. testamentum Euerardi Comitis apud MIRAEVM in Codice donationum c. 21. DACHERIVM in Spicileg. T. XII. p. 490. sq. et I. G. de ECCART in Notis ad Agii Vitam Hathumodae p. 38. sq. vbi sub finem Gisla dicitur vxor Berengarii et Heilwich seu Heidwich filia p. 39. Gifela haec Carolum Caluum vocat germanum suum apud DACHERIVM l. c. p. 496. sq. AGIVS in Vita Hathumodae c. I. p. 3. frater eius Regum neptem in matrimonio habet. Hic est Otto illustris, nam Bruno fuit thori expers, Rex dicebatur tunc Imperator. Hedwich autem fuit Ludouici Pii neptis ex filia Gifela et Lotharii, Ludouici Germanici ac Caroli Calui soror. Fuit Ludouico Pio rex fra-

ter, mature exstinctus. Hinc patet Heidwigis illius Genealogia et praerogativa Ottonis, quae cum imperatoria dignitate dignissimum reddidit. En stemma ipsum:




Obiter noto errorem Monachi Herveldensis in Chronico historico apud Germanos, T. I. Schard, p. 374, ubi ad a. 914. legitur: *Otto Saxonicus Comes obiit.*

§. XLVII.

*Domus Brunsvicensis origo ex Widekindo et Ludolfo per feminas.*

Alia etiam ratione domus Augustissima Brunsvicensis ex Widekindo, Angariorum domino et Westphalorum duce descendit. Nam Henricus Superbus vxore vsus est Gertrudi, filia Lotharii Imperatoris. Lotharii autem parens Gerhardus, comes Querfurtensis, duxit in vxorem filiam Ottonis Comitis Palatini. Eadem opera ostenditur, Ottonis huius matrem fuisse Mathildem, filiam Ottonis II. cuius auus Henricus Auceps Mathilden duxerat, Theoderici filiam, qui per mares descendebat ex Widekindo. Hoc modo rursus descendunt Duces Serenissimi Brunsvicenses ex Ludolfo nostro. Accipe Schema:

§. XLIX.



(a) T. I. Leibnit. p. 314. 315. *DITMARVS* p. 360.  
 (b) Auctor Vitae Mathildis, Sigebertus Gemblacensis in Vita Theoderici Metensis c. I. p. 295. Leibn. T. I. p. 326. recensent illam Widekindi genealogiam.  
 (c) Hic titulus ei tribuitur in Vita Theoderici Metensis c. 7. p. 297.  
 (d) Albericus Parte II. Chronici ad a. 1037. p. 68.

§. XLIX.

Frustra autem sunt, quotquot profapiam comitum Northeimensium ac Bome-  
neburgensium ex Ludolfi posteritate mascula deducunt. Qui enim Sigfridum comi-  
tem Northeimensem, cuius iniicitur mentio apud *DITHMARVM* p. 366. et 558. faci-  
unt filium Henrici I. *vixosi* ducis Bauariae, vel nepotem per Hermannum quendam  
Henrici huius filium commentitium, ei testimoniis scriptorum fide dignorum carent.  
Hermannum quidem militem in coenobio Poeldensi occisum memorat *DITHMARVS*  
p. 366. at, cum fuisse Sigfridi patrem, nemo dixerit. Sigfridi profecto maiores tenebris  
ignorantiae sunt inuoluti, posteritas autem hunc in modum recensetur a scriptoribus,  
quorum non laborat fides.

Sigfridus in  
Northeim.  
Vx. Ethelinde.

Sigfridus Comes Bome- neburgensis † 1037. (a)   Oto vx. Richeza a. 1061. dux Bauariae, a- misit illum Ducatum, Welfo col- latum. 1070 † 1083. (c)	Benno	Henricus	Odo	N. N. nupta Bernhardo (b)			
Henricus Pin- guis † 1103. vx. Gertrudis, filia Ekkeber- ti Marchionis, post nupta Co- miti de Kat- denburg Di- derico.	Conon Comes de Beichling. Vx. Cune- gundis	Sifridus comes de Bo- mene- burg Benno	Ethilinda vx. Wel- fi Ducis Bav. Sifridus † 1144.	Oda vx. Com. Wettin. Timonis	N. N. vx. Con- radi Com. in Arns- berg.	N. N. nupta seruo.	
Richenza vxor Lo- tharii Sa- xonis	Gertrudis vx. Sigfri- di Comi- tis Pal.	Otto mo- ritur in- fans					
Gertrudis vx. Henri- ci Superbi   Henricus Leo	Hedewig vx. Lude- vici III. Landgr. Thuring.						

§. XLIX.

(a) Annales Hildesh. p. 729. T. I. Leibnit.  
(b) T. I. Leibnit. p. 557.  
(c) Pffessingerus ad Vittriarium T. II. p. 427.

ICA  
a Otanis, quae cum

anos, T. I. Schmid, p. 374.

minar.  
dekindo, Angario-  
uperbus vxore vls  
Gerhardus, comes  
dem opera ostendi-  
s auus Henricus Au-  
lebat ex Widekin-  
ex Ludolfo nostro,  
§. XLIX.

Reichen pug-  
gnans contra  
Danos


Theophanu  
sanctimo-  
nialis in A-  
sunde

DITMARVS p. 360.  
Sigebertus Gemblacen-  
sis c. I. p. 297. Leibn. T. I.  
dekindi genealogian.  
a Vita Theodenci Mem-  
nici ad a. 1037. p. 68.

## §. XLIX.

*Adfinitas Ludolfinae stirpis et Billungianae.*

Restat genealogia Billungiana, Ludolfinae stirpis per matrimonia innexa, Quare eam adiuncturi et ita opus nostrum, Deo propitio, ad metam et umbilicos adducturi sumus.



(a) Hoc patet ex Ditmaro L. II. p. 332. 333.

(b) Annales Hildesheim, T. I. Leibnit. p. 723.

(c) Chronicon Hist. Germ. apud Schardium; T. I. p. 377.

## §. L.

*Ludolfi vitae breuiarium.*

Fuit igitur Ludolfus circa confinia saeculi ineuntis noni (§. 5.) Egberti filius ex Ida, (§. 16.) nepos Brunonis (§. 18.) ex Geua, Witekindi filia. Ortu fuit nobilissimus, manu fortissimus, fauore aulico munitissimus. Dignitatem, quum militiae tirocinia possisset, obtinuit comitis, et deinceps ducis Saxonum Orientalium. (§. 20.) Ad Gandersheimium gemina ei fuit arx, cui ex ipso adpellatio *Ludolvestem* adhaesit. (§. 22.) Ipse cum vxore a. 844. petiit Romam inde reportaturus cumulum benedictionum et ossa sacra pro coenobio sacrarum virginum, (§. 24.) quod primo in *Brunshausen*, tum vocabatur Gandersheim, exstruxit, deinceps in loco, qui nunc dicitur Gandersheim, ab integro aedificare coepit, cui quidem proposito ad finem nondum deducto immortuus est. Coniugem sibi adsciuerat ex gente Billungia Odam, (§. 38.) ex qua tredecim, ni quatuordecim, suscepit liberos. Bruno filius patri in ducatu succedebat, a. 880. interfectus in praelio aduersus Danos seu Normannos. (§. 39.) Hunc in administrando ducatu Saxoniae excepit Otto, qui in Hungaria, Italia et Germania virtutis bellicae specimina edidit luculentissima, (§. 40.) quique ex vxore Hedwige, Everhardi Marchionis Foro Iulienensis filia (§. 46.) procreauit Henricum, cui Aucupis cognomen adiunxit sera posteritas, et filiam, Wichmanno comiti nuptam. (§. 49.) Memorabiles sunt praeterea Luitgarda, socia tori Ludouici regnantis per Franciam orientalem (§. 41.) et tres Abbatissae, Hathumoda, (§. 29.) Gerbirgis (§. 42.) et Christina. (§. 43.) Ludolfo coenobium Gandersheimense suam omnino debet originem, quemadmodum non modo scripta typis publicis excusa historica, sed diuersa etiam diplomata, quibus gaudet Archivum Gandersheimense Coenobii, (§. 27. 32.) fatis superque ostendunt. Ludolfi genus fuit tam clarum et tam sublime, vt Caroli Magni filio ac posteris arctissima fuerit adfinitate coniunctum, (§. 46.) vt Billungianae genti splendidissima duplici vinculo fuerit innoxum (§. 49.) et ratione non vna originem fundat ac suppeditet domus Augustissimae Brunuicensis ac Luneburgensis, (§. 46. 47.) cui decus perenne et sempiternam maiestatem ex animo adprecor.

## COROLLARIUM

## Ad instrumentum Theophaniae dotalitium.

§. I. Monumentum hoc antiquitatis luculentissimum curauit describendum et ad singulos ductus curate exprimendum atque typis excudendum GOTHOFREDVS GVILIELMVS LEIBNITIVS, iussu Electoris Serenissimi GEORGII PRIMI, postea ad folium Angliae regium euecti. IOANNES GEORGIVS LEVCKFELDIVS, in historia Germanica medii aevi versatissimus, id ipsum memorat in Antiquit. Halberstad. ad a. 972. p. 248. ac integrum illud exhibet inter Diplomata cetera ad calcem operis reiecta Num. XXXV. p. 659. sqq. Irreperunt menda ibi nonnulla, siquidem auctor typhotheta vsus est procul disiuncto.

§. II. Quod autem Celeberr. SIMON FRIDERICVS HAHNIVS in dubitationem reuocauit id monumentum, fecit inductus iis regulis diplomaticis, quae a nobilissimis quibusdam ingeniis nostra aetate inuentae sunt. Artis criticae caput insigne et palmarium est scientia diplomatica, quae in hunc vsque diem formae artis haud est adstricta. IOANNES GEORGIVS ab ECKART promisit diplomaticum systema ad regulas conformatum. At vero non possum, quin moneam, hinc inde regulas certas vix constitui posse, praecipue ad diiudicanda Diplomata antiquiora, nisi vniuersales, quarum vsus in iudicio casibus propositis accommodando exilis et exiguus est. Difficultas maxima criseos diplomaticae prodit ex eo, quod honorariae adpellationes, maiestatis et potestatis summae indices, in primis aevo antiquo, sint vagae et nimis mutabiles. Imperator Carolingicus et Saxonicus sese equidem regem Aethiopiae et Chinae non adpellauit. Modo tamen dicitur Imperator Augustus, modo Imperator: nunc inuictissimus, nunc serenissimus, nunc vocatur rex, nunc Imperator: modo ei regnum, modo imperium tribuitur: nunc dicuntur reges imperare, immo imperatores; nunc dicuntur Imperatores regnare. Videatur Celeberrimus IOANNES FRIDERICVS SCHANNAT in *Vindiciis quorundam Archiui Fuldenfis Diplomatum a I.G. ab Eckart impugnantorum* p. 12. sqq. Variant Epochae et initia supputationum pro varietate diuersae potestatis. Variat scriptura ob diuersos scribas. Imperatores primi

nia innexa. Quare  
amblicos adducturi

echtildis  
Baldui-  
Comitis  
andriae

odesti Abba-  
ssa Heivord,  
T. I. Leibnit.  
p. 136.

i. virgo sacra  
bonensis, quam  
t. Eggehardus  
de Schiren

J. L.

Germanici principatum tenebant ambulatorium, continuis in itineribus positi et vagi per villas, vrbes et curtes regias, ac copiosa palatia, quae per Germaniam omnem erant dispersa. Palatia Imperatoria erant, vbi nunc saepius vix restat pagus. Singulis palatiis erant aedes vel aediculae sacrae, in quibus Imperator, vbi aderat, sacra faciebat vel administrata excipiebat. Eis praefecerat domibus sacris, quae dicebantur *Capellae*, ministros expediundae diuinæ rei praepositos, qui vocabantur *Capellani* et *Archicapellani*. Per hosce Diplomata subnotabantur et plerumque exarabantur. Quis adfirmabit, scriptores hosce eandem orthographiam, eandem scripturam, eosdem litterarum ductus, et adpellationes easdem de summis Imperatoribus esse amplexos? Quis contendere auit, hosce accurate calluisse historias exactorum temporum, vt in eis haud sefellerint? Henricum dici *Imperatorem*, quem vulgo dicimus *Aucupem*, mirandum ei non est, qui Diplomata ipsa tractauit. Cunradus III. nunquam Romae in Imperatorem inauguratus, sese vocauit *Romanorum Imperatorem Augustum*. Quid igitur mirum est, si Otto secundus auiam suam vocat *Augustam* in instrumento Theophaniae dotalitio. Vox ipsa imperatoris Romae coronati coniugem non significat, vti omnes norunt; quid igitur obstat, quo minus summo cum iure optimo princeps ita dici potuerit? Vna coniux non pluribus vicibus modisque vxor Imperatoris et Imperatrix esse potuit. Quum autem Otto secundus auiam suam inuita consuetudine stili, imperium spirantis, vocat *semper semperque Augustam*, illud ex adpellatione: *PERPETVO AVGVSTVS, SEMPER AVGVSTVS*, deriuatum esse nequit. Quis enim Imperatorum vocauit sese *SEMPER SEMPERQUE AVGVSTVM*? Praeterea non video, quare mater Imperatoris, Ottonis primi, nequaquam dicenda fuerit *Augusta*. Ipsa enim superstes fuit marito, et vitam ad Imperatoriam dignitatem Ottonis filii prouexit, qua ornatus hic est a. 962. Tabulae Genealogicae ei annum mortis adsignant 969. *EXCERPTA NECROLOGII FVLDENSIS* T. III. Leibnit. p. 764. ad a. 968. *Mathild Regina II. Id. Martii obiit*. Hinc sunt emendandae Clarissimi HVEBNERI et aliorum tabulae genealogicae. Otto secundus a. 961. Aquisgrani diademate regali cinctus et a. 967. a Papa Romano Ioanne XIII. dignitate Imperatoria illustratus est. Mater Imperatoris et Imperatoris auia quidni dicatur *Augusta*? Henricus Auiceps sane natalitio honore satis effulgebat. Otto illustris, Dux Saxoniae et Thuringiae, fuerat ea dignitate, vt nomine Imperii tutelam Ludouici Infantis cum Hattonem, Archiepiscopo Moguntino, administrauerit, si *AVENTINVM* sequimur L. IV. Annal. p. 363. quem in eius pronuntiati fide secuti sunt viri praestantissimi *BVRCHARDVS GOTTHELF STRVVIUS* im kurzen Begriff der Vniuersal-Historie, Iena 1726. 8. Abtheil. XIII. §. 12. p. 268. et *IOHANNES IACOBVS SCHMAVSE* im kurzen Begriff der Reichs Historie Per. III. §. XVI. p. 76. ed. Lips. 1720. 8. Non equidem omnem fidem excedit illa Auentini commemoratio, siquidem in *WITIKINDO RESTITVTO* T. I. Leibnitiano p. 213. traditur, *Hattonem, virum magnae prudentiae, tempore Ludewici adolescentis, super imperio Francorum acri cura vigilasse*. Factamen, hoc esse falsum, siquidem a Brunone Archiepiscopo Colonienfi et reliquorum Episcoporum aemulatione auctoritas in clerum Germanicum defluxit; stabit tamen veritas illa immota, quae nos contendere iubet, Ottonem illustrem toti Germaniae dignum fuisse visum, qui summae rerum Germanicarum praesfet, eique imperandi facultatem ac dignitatem tantam a proceribus Germaniae esse oblatam, antequam Conradus I. summae rerum ad-moueretur.

§. III. *Walacra*, cuius in instrumento Theophaniae dotalitio iniicitur mentio, est insula Batauorum, quae aeuo nostro dicitur *Walchern*, *Walchria*. Clarissime illud elucet ex *AVCTORE GESTORVM NORMANNORVM* in *FRANCIA* apud *ANDREAM* du *CHESNE* p. 1. scriptorum Historiae Normannorum antiquorum ad a. 837. Accipe, quaeso, locum ipsum: *Northmanni in insula, quae Walacra dicitur, multos trucidauerunt, et aliquamdiu inibi commorantes, censu exacto, ad Dorastadum peruenerunt, et tributa similiter exegerunt. Quibus Ludouicus Imperator auditis, ad Noniomagum castrum properare non distulit. Cuius aduentu Northmanni audito, continuo recesserunt.* \*

§. IV. *Abbatia Niuelle* \*\* satis nota est in terris Brabantiae ad amnem Dyle supra

\* *HERMANNVS CONTRACTVS* in Chronico p. 229. ad a. 837. *Northmanni in Walcra insula, 19. Kal. Iun. multos interimunt. Walacria dicitur in MAGNO CHRONICO BELGICO* p. 58. 59.

\*\* Gertrudis, filia Pipini, dicitur *Niuellenfis coenobii mater* ad a. 646. ab *HERMANNO CONTRACTO* in Chronico p. 200. *SIGEBERTVS GEMBLACENSIS* in Chronographia ad a. 650. p. 755. *Ita, relicta Pipini, instinctu Amandi, se et sua Deo deuouens, monasterium Niuallense fundauit eique filiam suam Gertrudem, Deo dignam virginem praefecit.*

pra Louanium, haud procul *Gemblaco, Gemblours*, vnde Sigebertus, qui se Leuitam vocauit, cognominatus est, veritatis historicae studiosissimus scriptor. Adelheidis, Abbatissa Gandersheimensis, quae Sophiam, Ottonis III. sororem, excepit, primo sanctimonialis siue virgo velata in coenobio *Niuelle* fuit, vti est apud *BODONEM* in Syn-tagm. p. 719. T. III. Leibnitiano, et *MONACHVM BRVNWILLERENSEM* p. 316. To. I. Leibn. Res inconfesso est et Abbatia ipsa in hunc diem floret. Subiiciemus genus Adelheidis, vt constet, Abbatissas priores Gandersheimenses ad illam Adelheidem vsque, quae innutrita erat sanctimonialium disciplinae et litteris sacris liberalibusque in coenobio vrbs *Niuelle*, quam memorat *IACOBVS AVGVSTVS THVANVS* Hist. L. XXXI. ad a. 1580. p. 34. procreatas fuisse ex altissima et praepotenti progenie Ludolfi. *LEVCKFELDIVS* equidem *BEATRICEM* Abbatissam X. et *ADELHEIDEM* II. immo Adelheidem III. quae fuit Abbatissa XIV. et Agnetam I. Abbatissam XIII. ex gente Ludolfi per Luitgardam Conradi sapientis, Francorum orientalium Ducis, coniugem serenissimam deducit. Ostendetur autem infra Diff. II. §. 5. *BEATRICEM* et *ADELHEIDEM* II. ortas esse ex Comitibus de *Gleichen* et *Reinhausen*. De reliquis duabus suo loco, vbi de Vita ipsarum agetur, ortus a Ludolfi posteritate diuersissimus expendetur et rationibus firmis roborabitur. In praesens illum *Nivellae* praestabimus honorem, vt *ADELHEIDEM*, sanctimonialem *Niuellem* quondam, Abbatissam *Gandersheimensem* nonam, patri genuino (a) adsignemus, eamque eo intentius veneremur, quo veritati est magis consentaneum, post eam ex gente Ludolfina Abbatissas non amplius esse adscitas in praesidium ac dominationem sacram monasterii *Gandersheimensis*. Accipe, quaeso, tabulam:

Ludolfus dux Sax. Orientalis.									
Otto illustris, Dux Saxoniae totius & Thuringiae.		HATHVMODA I.		GERBIRGA II.		CHRISTINA III.			
Henricus Rex, vulgo Auceps.		ROSWIDA IV.		LVITGARDIS V.					
Otto I. Imp.		Henricus Dux Bauariae							
Otto II. Imp. Vxor Theophania.		GERBIRGA II. VII.		Henricus rixosus seu Hezilo, Dux Bauariae					
Otto III.	SOPHIA VIII.	Mathilda Abbat. Quedlinb. postea vx. Azonis seu Ehrenfridi Comitiss Palatini		Henricus II. Imp. natus 977. † 1024. 27. Aug.					
Ludolfus C. Pal. vxor Mathildis filia Ottonis	Otto Com. Pal.	Hermannus Archiep. Colon.	Richza vx. regis Poloniae. Chatimerus,	ADELHEID IX. Canonissa in Niuelle et Abbatisa Gandersh.	IDA Canonissa in coenobio S. Mariae	Mathild Canon. et Abbatisa in Essen	Theophanu Canon. in Nuffia	Heylewig Canon. in Nuffia	Sophia Canon. in Nuffia
Henricus successit in Comitatum Palatinum	CVNO seu Conradus, Dux Rarariae. Ob fastidium Imp. Henrici filiam Agnes Ducatu deicitur, et in Hungaria exful veneno interimitur † 1057. (b)								

(a) Veritatem hanc debemus *MONACHO BRVNWILLERENSI*, qui conscripsit narrationem de Venerabilibus Comitibus Palatinis Rheni Erenfrido seu Ezone et Mathilde eorumque filia B. Richeza regina Poloniae, insertam To. I. Leibn. script. Brunsvic. p. 313. sqq. Emendandum hinc est *CHRONICON HILDESHEIMENSE*, quod in vita Thumari Episcopi XV. Adelheidem vocat sororem Sophiae p. 744. To. I. Leibn. et *HENRICVS BODO* in Syn-tagm. de Eccl. Gandersh. T. III. Leibn. p. 719. iidem eadem de causa corrigendus, ad minimum dextre explicandus est. Vocabantur tum *sores*, quae erant fratrum vel fororum, immo cognatorum, filiae. Ita Henricus II. Imperator in Diplomate Sophiam Abbatissam vocat *soorem*.

(b) *MARIANVS SCOTVS* Chron. L. III. Act. VI. ad a. 1057. p. 651. T. I. Pistor. ed. Struv. *Henricus*: (III.)

ICA  
ribus positi et vagi  
ermaniam omnem  
t pagus. Singulis  
derat, sacra facie-  
, quae dicebantur  
ntur Capellani et  
nque exarabantur,  
ndem scripturam,  
Imperatoribus es-  
e: hitorias exacto-  
Imperatorem, quem  
ata ipsa tractauit,  
rocavit Romanorum  
m suam vocat Au-  
is Romae coronati  
o minus summo cum  
s vicibus modisque  
ecundus autem suam  
Angeslam, illud ex  
S, deriuatum esse  
VE AVGVSTVM  
equaquam dicenda  
atoriam dignitatem  
alogicae ei annum  
T. III. Leibnit. p.  
ndandae Clarissimi  
51. Aquisgrani dia-  
nitate Imperatoria  
ur Augusti? Henri-  
Dux Saxoniae et  
ouici Infantis cum  
INVM sequimur L.  
raclantissimi BVK-  
Historie, Iena 1726.  
AVSE im kurzen Be-  
Non equidem omnem  
INDO RESTITVTO  
iae, tempore Ludouici  
c esse falsum, liqui-  
sororum aemulatione  
la immota, quae nos  
se visum, qui sum-  
ac dignitatem tan-  
summae rerum ad-  
io inicitur mentio,  
ta. Clarissime illud  
NCLA apud ANDRE-  
quorum ad a. 837  
dicatur, multos truci-  
peruenierunt, et tribus  
gum castrum properant  
ad amnem Dyle  
pra  
Walters insula, 19. Jul.  
Q. p. 58. 59.  
EMANNO CONTRACTO  
a. 650. p. 755. Ista, res-  
nse fundant esse filiam

§. V. *HERIVURDE*, cuius in Theophaniae dotalitia membrana fit mentio, non est Erfurtum in Thuringia, sed potius Herifordia Westphaliae. Muto heic sententiam meam et emendo. Rationes mihi sunt duae, altera est historica, altera est critica. Prior desumitur ex eo, quod Otto Magnus Imperator filio suo Wilhelmo ex Editha filia Regis Anglorum nato, et ad Archiepiscopatum Moguntinum postea sublato, Erfordiam Thuringiae in perpetuam Ecclesiae Moguntinae possessionem elargitus est. (a) Posterior nititur modo scribendi. Erfurtum enim eo aevo *Erfordia* et *Erphordia* scribebatur. *Erfordia* occurrit apud scriptores eius aetatis ubique. (b) Herifordia e contrario Ottonis secundi aetate dicebatur Heriford (c) et Heriuurde (d) ac perpetuo in hunc usque diem vrbs est imperialis libera. (e) *WIGLE*, quod Walacrae additur, indubie est insula Seelandica *Beveland*. Quod coniicio ex Walacra additur, indubie est insula Seelandica *Beveland*. Quod coniicio ex Walacra ei adposita et ex voce *wegen*, *bewegen*, *wegeln*, quae motum hinc inde trementem notat haud secus ac *beven*, *bevern*. Batauis et Westphalis auis *motacilla*, quae continuo motitat caudam, dicitur *wegestertien*.

admodum puer coepit imperare. Agnes Imperatrix, eius mater, ducatum suscepit Boariae. Annus igitur hic Conrado Duci fuit fatalis, qui veneno postea in Hungaria interfectus est a coquo corrupto largitionibus, vti habet *MONACHVS BRUNWILLERENSIS* c. I. p. 316. loco laudato.

- (a) *IOANNES MAVRITIUS GYDENVS* in Historia Erfurtenfi L. I. p. 17. ed. Duderstad. 1675. 8. qui sequitur *PAVLEVM LANGIVM* in Chronico Citicensi p. 1122. et *ANONYMVM* de Landgraviis Thuringiae c. X. p. 1303. Langius id quidem clare non adfirmat. En verba: *Hic est Guilielmus ille Archiepiscopus Moguntinus, cui pater dedit Thuringiam et Hassiam, cum pleno iure et dominio. Erat autem ante Hassia ducis Burchardi, quem Hungari interfecerant. Nec tamen de iurisdictione sola spiritali haec capi possunt, siquidem Burchardus dux, cui successit Wilhelmus, non praeerat iurisdictioni spiritali. Anonymi locus omni exceptione maior est. Accipe quoque eum: Otto, filius Henrici, ducis Saxoniae et Thuringiae ac Imperatoris, post mortem patris etiam factus imperator, civitatem Magdeburgensem et Ecclesiam cathedralem fundavit et Wilhelmum filium suum Archiepiscopum Moguntinum fecit. Quo facto Wilhelmus Archiepiscopus quartus decimus Thuringiam intravit: et in *ERFORDIA* multos nobiles pro defensione terrae locavit, quibus multa bona in Thuringia largitus est.*
- (b) *DITMARVS* Annal. L. IV. p. 348. *VITA MATHILDIS REGINAE* c. II. §. 8. p. 196.
- (c) *TRANSLATIO S. PVSINNAE* c. I. §. 2, p. 182, To. I. Leibn. et *VITA MATHILDIS REGINAE* c. I. §. 4. p. 194.
- (d) *Heriuordia* occurrit alibi saepius. *HERIVORDI* legitur in *VITA MEINWERCII* Ep. Paderborn. C. XXXII. §. 88. p. 538. To. I. Leibn.
- (e) *PHILIPPVS KNIPSCHILD* de Ciuitatum imperialium iuribus et priuilegiis L. III. c. 24. p. 333. sqq.

§. VI. *TULLEDE* nunc pagus est modicus, haud procul Altsteto in Thuringia positus in tractu fecundissimo, quem aureum, *die güldene Aue*, vocant, infra oppidulum Kelbra, cuius praefecturae est obnoxius. Henricus III. ibi aliquando commoratus est. Henricus Leo casu praecipiti ibi lapsus est ex equo. (a) Incolae vocant locum nunc *Dülle* et *Tülle*. Otto II. a. 974. 10. Mai. heic diploma sorori suae de bonis donatis conscribi iussit. (b) Conradus itidem ibi a. 1036. Octobri mense verfabatur. (c) Debeo haec diligentiae Viri beatissimi, de historia aeui medii fatis merito, *IOANNI GEORGIO LEVCKFELDIO*. (d)

- (a) *CHRONICON STEDERBURGENSE* ad a. 1191. To. I. Leibn. p. 866. Tom. I. Meibom. p. 434. 447. *Postquam autem intellexit Dominus Imperator non fictam Ducis infirmitatem, viciniorum loco et tempore productiorem diem ei constituit in Düllebe.*
- (b) *KETTNERI* Diplomata Quedlinburgensia p. 22. 23.
- (c) *NICOLAUS SCHATENIUS* in Annalibus Paderborn. L. VI. p. 511. *KETTNERVS* l. c. p. 162.
- (d) In Antiquitatibus Halberstadtensibus ad a. 974. p. 353. sqq.

§. VII. *THIELA* oppidum est inferioris Germaniae *primarium Peninsulae cognominis. Situm habet ad Vahalis dextram M. P. XVIII. infra Nouiomagum.* (a) Est vrbs, inquam, permunita in Geldria ordinum foederatorum, variis obsidionibus vexata. (b) Imperialis vrbs liberaque fuit ad tempora vsque Friderici II. Imperatoris, qui diplomata ibidem sua scriptione praemuniuit. (c) Anno 1009. a Normannis, oram Frisiae populatis, expugnatum et incensum est. (d) Anno autem 1528. a Burgundionibus capi non

- (a) Verba sunt *MENSONIS ALTINGII* in Notitia inferioris German. II. p. 171.
- (b) *BEVTHEVS* in Animaduers. Histor. Geograph. p. 182. *GOELNIZIUS* L. II. Compend. Geograph. c. IV. p. 151.
- (c) A. 1219. *HEINECCIUM* in Ant. Goslar. p. 219.
- (d) *SIGEBERTVS GEMBLACENSIS* in Chronographia ad a. 1009. p. 827. To. I. Pistorii ed. Struu. *Normanni Frisiam infestantes, TILAE oppidum incendunt. PONTANVS* L. V. Hist. Dan. p. 147.



potuit. (e) Tractus adiectus dicitur *Tielerwaart*, nos diceremus *Tielerbörde*, vel *barde*, situs in *Betauia*, altera *Geldriae* *Batauorum* parte.

(c) DAVID CHYTRAEVS in der Sachsen-Chronic L. XII. ad a. 1528. p. 463. THIELA hat sich dermassen wider alle Macht und Gewalt des Feindes mannlich aufgehalten, daß auch die Burgundier unuerrihteter Sachen abziehen müssen.

§. VIII. BOCHBARDA vbi sit quaerenda et inuenienda, anceps sum et haereo. Non memini, me alibi vocem illam legisse. Succurrit tamen locus, de quo, quin idem sit, nullus dubito, persuadens mihi, idem me lectori esse persuasurum. Reuoco in memoriam *Bucki*, olim *Bocam*, hodie *Böcke* ad *Lupiam* amnem. Haec *Boca* est *bochbarda*. In *Vita Meinweri* Episcopi *Padebrunnensis* *Bochineuordi* (a) adpellatur. Adiectio *Vordi* ex *furt* est traiectus et transitus, siquidem oppida, cui ea vocula adhaeret, fluminibus propinqua sunt. Exemplo sunt *Francofurt*, *Erfurt*, *Schweinfurt*, et aliae urbium adpellationes. Adiectum nomen *barde* alias notat tractum et superest in voce *Batauica waart*, Germanorum *weerder*, et in dialecto *Saxonica* Episcopatus *Hildesien*sis, vbi circuitum tractumue circumiectum vocant *barde*, *börde*. *BOCAM* illustrat *Carolus Magnus*, qui concilio *Duriae* (ad *Iuliacum*) celebrato, *Saxoniam* petebat, in itinere *Sigiburgum* castrum expugnabat, *Heresburgh* reaedificabat, et *Vifurgi* superato in *Brunsb*erg ad ripas illius amnis cum *Saxonibus* decertabat pugna, contendebat inde ad *Obaccrum* fluuium (*Ocaram*, quae *Wolfenbüttelam* et *Brunsvicum* perfuit) et *Saxones orientales*, duce *Hassinone* obsidibus datis fidem suam obstringentes, iureiurando oneravit. Reduci *Carolo* *Angrarii* obuiam ibant, auspice ac duce *Brunone*, in pagum *BVCKI*, qui erant trans *Vifurgim* respectu *Gandersheimii*, seseque et sua fidei victoris permittebant. (b) Sunt qui *BVCKI* de *Buckeburgo*, oppido *Comitatus Schaumbergici*, exponunt cum patre reuerendo *HENRICO TVRCKIO*. (c) *ANNALES PITHOEANI* (d) locum *Bucki* vocant *LIDBECKI*. Si ex sono quidquam colligere liceret *foli*di, *Gladebeck* prope *Gottingam* intelligi posset. At vero constare debet certo, locum

cogno-

(a) C. XV. p. 522. To. I. Leibn. Anno posthaec secundo, *Dominicae Incarnationis millesimo quinto* venit *Episcopus* ad *Regem* in loco, qui dicitur *Corbeia*; et *Ecclesiae* penuriam nimiam conquerens et *Regis* solatus opem suppliciter deposcent. Rege autem in promptu, quod daret, non habente, *Meinwerus* *Capellanus* eius iam flammis dilectionis intimae operum exhibitione demonstrans, praedictum situm in villa *BOCHNEVORDI* in comitatu *Ludolphi* comitis *Regi* contulit; quod ipse *Rex* *Episcopo* suaeque *Ecclesiae* in proprium donauit, ea ratione, ut praedictus *Episcopus*, quamdiu uiuere, in sua potestate atque seruitute hoc possideret: finitus vero temporibus suis, ad stipendia fratrum in *Patherbrunnensi* *Ecclesia* *Deo* sanctoque *Liborio* famulantium pertineret.

(b) REGINO L. II. Chronici ad a. 775. p. 37. To. I. Pistorii ed. Struv. *Rex* (*Carolus M.*) habuit synodum in villa, quae dicitur *Duria*, et inde in *Saxoniam* pergens, *Sigiburgum* castrum cepit, *Heresburgh* reaedificauit. Super *Wisaram* fluuium venit in locum, qui dicitur *Brunsb*erg, ubi occurrerunt ei *Saxones*, volentes ripam supra dicti fluminis defendere. Auxiliante *Deo*, et *Francis* decertantibus, fugatis *Saxonibus*, *Franci* ambas ripas occupauerunt, et multi *Saxones* occisi sunt. Tunc *rex* diuidens exercitum, sumpsit secum partem, perrexitque ad *Obaccrum* fluuium: ubi omnes orientales *Saxones* uenientes cum *Hassinone* duce eorum, dederunt obsides, iuxta quod placuit regi, et iurauerunt sacramenta. Simul eo reuertente uenerunt *Angrarii* in pagum, qui dicitur *BVCKI*, una cum *Brunone* duce eorum, et fecerunt, sicut orientales *Saxones* fecerant. Interea cum *Francis*, qui super fluuium *Wisaram* remanserant, *Saxones* pugnam commiserunt, et, *Deo* largiente, *Franci* victoria potiti sunt. *ANNALES PITHOEANI* ad d. a. p. 9. *Carlus* -- *Sigiburgum* castrum cepit, *Eresburghum* reaedificat, duobus praefectis eos superat, uno iuxta *Brunsb*erg, ripas *Vifurgis* fluminis defendere conantes, et altero in *Lidbecki*, maxima eorum multitudine interfecta. Conf. Incerti Auctoris *Vita Caroli M.* p. 239. sq. De *Bokinavordi*, quod nunc *Boca*, olim *Bucki*, dicitur in *VITA MEINWERI* c. XXXII. §. 8. p. 529. sic legitur: *Nithingus* praescriptus - *Canonicus*, memor *humanae fragilitatis*, quaedam loca *Holtheim* et *Burgnan* cum appendiciis omnibus et mancipiis utriusque sexus pro remedio animae suae parentumque suorum per aduocatum suum, nomine *Wirinhardum*, *Ecclesiae* contulit, et a *uenerabili* *Episcopo* *Meinwerco* bannum super *Horobusun* et quemdam locum *Waueri* nominatum, atque *BOKINAVORDI* usque ad exitum vitae suae ea ratione suscepit, ut si *Imperatorem* *Henricum* superuideret, anniuersarium eius sicut unius *Episcopi* *Patherbrunnensis* de sola curte *BOKINAVORDI* faceret, et CCC. eleemosynas pro anima eius daret et in eadem die exitus et anniuersarii unum pauperem cum una camisia, (indusio) una braca, (Hosen) uno cotto, (mitra) una tunica, duabus calgiis (tibialibus) et unciniculis (Haken) et calceamentis et chirothecis, sicut in natale S. *Liborii* de praenominata curte *BOKINAVORDI* similiter persolueret. *DITMARVS* *Annal.* L. V. p. 369. *Bokinavordam* donatam esse notat *Archiepiscopo* *Moguntino*, vti habet *index* *Leibnitianus*. Verba sunt haec: *Moesstiam Praefules* (puto *Paderbornensis*) postea placuit *BOKNEVORDE* a *Rege* tradita.

(c) In *Fastis* *Carolinis* ad a. 775. quos edidit ex *Opere* *Turekii* uallo *CONRADVS BERTHOLDVS* *BEHRENS*, fautor praestantissimus, *Francofurti* ad *Moenum* 1704. fol.

(d) Ad a. 775. p. 9. *Carlus*, *Saxonum* perfidiam ultus, omnes eorum regiones ferro et igni depopulatur. *Sigiburgum* castrum cepit - duobus praefectis eos superat - altero in *Lidbecki*.

ana sit mentio, notato heic sententiam era est critica. Prioro ex *Editha* filia *Re-* soblato, *Erfordiam* rgitus est. (a) *Poste-* *Erpbardus* scribebatur. *rdia* e contrario *O-* perpetuo in hunc vs- additur, indubie est indubie est insula *See-* ce *wegen*, *bewegen*, *wen-* *n*, *beuern*, *Batauis* et *wegestien*.

isepit *Beuarie*. *Annoni-* *ectus* *ed* a *coquo* *compu-* *oro* *laudato*. *Doderid* 1675. §. qui in *PM* de *Landgrauis* *Th-* *ie* est *Guilhelmus* *ille* *o-* *no* *inve* et *domino*. *Ita* *m* de *iurisdictione* *sola* *sp-* *non* *praeceat* *iurisdic-* *tionem*: *Otto*, *filius* *Hen-* *ri* *factus* *imperator*, *ciuita-* *tem* *suam* *Archiepiscopo* *Th-* *uringiam* *intrauit*: *o-* *ma* *in* *Thuringia* *largita*

*Altketo* in *Thuringia* *ocant*, *infra* *oppidulum* *quando* *commoratus* *et* *te* *vocant* *locum* *nunc* *de* *bonis* *donatis* *con-* *erfabatur*. (c) *Debeo* *o*, *IOANNI* *GEOR-*

*Peninsulae* *cognomina* *a*) *Est* *vrbs*, *in* *quam* *s* *vexata*. (b) *Impe-* *ris*, *qui* *diplomata* *ib-* *oram* *Frisiae* *populi-* *gundionibus* *cepi* *not-*

cognominem aevo Caroli M. iam existisse, quaerendumque esse haud procul Visurgi in vltiori ad eum tractu. Locus *Bucki* et *Lidbecki* est vnus idemque, liquidem eadem facta exercitus Carolingici et eadem Angariorum deditio vtrique adsignatur. *TVRCKIVS Hlidbecki* ponit ad Visurgim et id ipsum sese inuenisse putat in Lubekena, Mindae propinqua. An autem locus iste iam existit aevo Carolino, quaestio est satis necessaria, quam adfirmatione oportuisset firmiore roborari. Adolfus certe, Comes Schauenburgicus, senior ille, dicitur ciuitatem Lubeke instituisse et fundasse. (dd) Accuratissime omnium *BVCI* seu *BOCKAM* e tenebris protraxit Princeps immortalis memoriae, litterarum decus incomparabile, *FERDINANDVS FVRSTENBERGIUS*, (e) qui firmissimis rationibus ostendit, locum *BVCKI* esse *Bocam* Luppiae fluiui adiacentem, in Angaria quippe antiqua. Ex cuius summi ac Venerabilis Musagetae meditationibus profecit *NICOLAVS SCHATENIVS*. (f) Heresburgum, quod Carolus destruxerat et postea reaedificabat, fuisse ad *Stadtbergam*, in confesso est penes recentiores antiquae mediaeque Geographiae statores. *SIGIBVRG* a fluuio *Siega* cognominatum prodit filiam *Sigesburgum*, quod veteres adpellabant *Sigamburgum*, et *Sigambriam*. Heic sedes *Sigambrorum* seu *Sicambrorum* quaerendae et figendae sunt, qui ad Ruram et Lennae confluentes in comitatu Marcano haud procul *Tremonia* confederant. Sunt qui illos ex *Cimbris* deriuant, quasi dicti fuerint *Sud Cimbern*, Cimbri australes. Conatus ille etymologicus raro respondet veritati, nec locum in praesens inuenit. Rudera veteris *Sigesburgi* adhuc exstant inde a *Lenna* fluuio vsque ad villam *Kuckenhauisium*. Inueniuntur ibi eruti argentei aereiue numi, ollae, vasa, cellae, et monumenta alia. *Segedunum* non differt a *Sigesburgo*. In proximo erant *Lupia*, nunc *Lippe*: *Aliso* castellum, a *Velleio* et *Tacito* memoratum, nunc *Elsen* in dioecesi *Paderbornensi*. Consentit *ERNESTVS CASIMIRVS WASSERBACH* iureconsultus post funera celeberrimus in *tabula Germaniae*, uti tempore *Caesaris* et *Augusti* nota fuit. Oppidum ad *Bocam* antiquissimum, opus *Thuisstonis*, qui ex *Phrygia* in *Germaniam* cum gente non modica olim aduentauerat, erat *Tentoburgum*, vetustissima vrbs ad *Ruram*, Francis *Duisburgum* quasi *Thuisburgum*, *Gregorio Turonensi* *Dispargum*. Idem oppidum a *Tacito* indicari credo per id, in quo *Vlyssis* memoriam superesse tradit. Memorabilis et eleganter aequae ac solide conscripta est praefatio historica de origine linguae Germanicae, auctore *WACHTERO*, et *Glossario Germanico* praefixa legitur. Ex ea profecto intelligitur, quomodo Germanis *Vlysses* esse notus potuerit. In proximo *Bocae pagus* fuit *bardorum*, quasi diceret, eorum, qui *bardam* incolunt, a quibus tamen toto coelo *Bardongauenses* ad *Albiam* positi, quos *REGINO* a. 780. 785. 799. memorat, et tantum non omnes ad *Bardewik* ponunt. Haec in gratiam *bochbardae*, ni illustrandae, certe obscuris aliis circumfundendae. In hisce *Turckii* (g) opus plane est egregium, auctoris, qui Geographiam egregie calluit et *Westphaliae* imprimis loca habuit in numerato. IN-

(dd) *LERBECCIUS* in *Chronico Episcoporum Mindensium* p. 177. To. II. Leibnit. *Adolphus Comes de Schoenborch senior - Lubeke ciuitatem egregiam fundauit.*

(e) In *Monumentis Paderbornensibus* p. 127.

(f) *Annal. Westphal.* L. VII. p. 413. *At non perinde inter scriptores conuenit, quis ille locus pagusue fuerit, quo primum cum Angariorum gente pactus sit Carolus et sic cum nobilitari Comitiis fuit. Ac licet sono vocis haud multum dispar, qui modo *Bucki*, modo *Buchi*, modo *pagus Bocensis* scriptoribus Francicis appellatur; reperies tamen, qui *Buchburgum* in comitatu *Schoenburgenfi* interpretentur. Sunt, qui *Bodeken* in *Dioecesi Paderbornensi* velint, ubi vetus coenobium *Virginum* a *D. Meinolpho*, quem *Carolus M.* e fonte baptismatis suscepit, est conditum. Alii tamen verosimilius *Bocam* ad *Luppiae* ripas, tribus *Paderborna* leuiss distitum, in eadem nostra dioecesi consignant. Certe *Carolus*, pace cum *Offfalis* facta, ex eorum regione rediisse per *Visurgim* exercitum, perhibent scriptores Franci, ut trans *Visurgim* regione, vbi Angariorum et *Westfalarum* gentes pacis foederibus reconciliandae supererant *Carolo*, et in libertatem *Christianae* religionis permittendam componendae erat; coque *Visurgim* in *Lubbecke* stabat altera pars exercitus, quum ex hoc *Bocensi* pago *suppetias* tulere laboranti; idque nominis similitudo persuadet.*

(g) *TVRCKIVS* hic, quamdiu in Collegio *Dn. Iesuitarum Hildeshemii* degit, Opus historicum et Geographicum vastissimum scripsit et a. 1654. ad finem perduxit, cui est inscriptio: *Inferior ad Rhenum Germania sive Colonienfium, Iuliacensium, Cluensium, et Westphalarum, eorumque qui eadem cum illis terras sub diuersis nominibus olim incoluerunt, populorumque res sacrae et profanae a prima origine ad a. 1378. digestae.* Quae ad vitam et resgestas *Caroli M.* inibi dissererat, libro singulari sub titulo *Fassorum Carolinorum* edidit *Celeb. CONRADVS BERTHOLDVS BEHRENS*. *Mstum* tenet idem *Celeberr. BEHRENS*, in historia *Germanica* versatissimus, a quo illud hereditate transmittetur ad generum lectissimum, iureconsultum eximium, Secretarium reipublicae *Palaco-Hildesheimensis*, *WEINHAGIVM*. Quae *Turckio* defunt, *Turckius* inuidia suorum, qui limis *Turckii* diligentiam respiciebant oculis, impeditus sub limam reuocare non potuit, ideoque, uti fama est, concremauit, quum ignauo fuci pecore stimulante in aliud coenobium disunctissimum ire iuberetur. In *Geographia* media saepius inexpectatas aperit commentationes, et continuo ad fidem *Annalium* et documentorum, quae fides esse putabatur, sese recipit. Volumen id editore et censore, addente et alicubi emendante, dignum est. Multa enim continet, quae alibi nequicquam requisueris.